Conv. Soppr.
A
4
42

[illegible] pronoiam studiis bononie [illegible] z convegit me [illegible] cu mag
[illegible] rogat ut quicuq ipm habebit recomendatu hat aiam sua in suis oracionibus [illegible] cu. —

N° 42 . A . 4 .

Opus guarre sup 4or libros sniaz ? ds fris Andree thome . cu B.

Pprietates psonales / Notiones:

- Innascibilitas
- paternitas
- filiacio
- spiracio passiva
- spiracio activa

— pa / notiones

Pprietates psonales:

- Innascibilitas
- paternitas
- filiacio
- spiracio passio
- spiracio actio

— pra / sed / Notiones

Omes em pprietates sut notiones sed no qu'o. —

Et no quod multis modis ostendi? cur distinctio psonarum in scriptura sacra. —
Significacione ut pat et filius et spus sanctus
Suppositione ut deus genuit deum.
Consignificacione ut eloym qui est plurale in hebreo [illegible] dicitur eloym .i. tres psone celu et terram.
Modo loquendi ut illo [illegible] facia sunt in [illegible]
Assumendo verbum ut psalterio [illegible] . [illegible] . sed [illegible].
Quotacione [illegible] in [illegible] [illegible] dare [illegible] [illegible] cum nemo pacietur [illegible]
Ordine verborum ut [illegible] nos deus deus [illegible] [illegible].
Et a subiecto [illegible] sicut illi tres angeli qui apparuerunt abrahe [illegible] 18.

[illegible] sicut [illegible] modis [illegible] p aliqua [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] et alia p3 corpora. ut [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sine [illegible] sine [illegible] [illegible] aly sic [illegible] [illegible] quaco p [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] . [illegible] pso [illegible] [illegible]

Iste liber est Conventus sancte Crucis
de flor. ordinis minorum

Opus guarre sup. iiii.or libr. sententiarum

N° 369

A 4 42



[illegible]

Biblioteca Nazionale Centrale Firenze Mss

finis dicitur duobus modis scilicet de quo et actione cuius. sed actio cuius
est finis cuius et cuius finis gratia cuius 9° ethicorum c. xi. sed
finis potest esse operatio ... oportet nobis considerare utrum sit
ut operatio ... quia et eadem ratione ... planius
in primo ethicorum c. x. ... [illegible]
intellectus ... speculativi et practici ... finis.
... eadem ratione ... finis ... dilectio. [illegible]
... finis autem ... activum ut esse ... [illegible]

[illegible]



[illegible]

duce[m] na[tu]r[al]e[m] n[on] i[n] co[n]g[re]g[ati]o[n]e[m] eo[rum] q[uod] aliq[uo] mo[do] cad[un]t s[u]b s[ens]u [con]st[i]
[tu]tiua . n[on] . lum[en] n[atur]ale e[st] limitatu[m] . [et] io n[on] p[otes]t n[isi] sup[er] [illegible]
s[e]d [illegible] forte o[mn]i[bu]s [con]cl[usi]o[n]es [con]tinea[n]t[ur] i[n] illis p[ri]n[cipiis] [illegible]
[illegible]



[illegible]

isto lume immanet q sit scia. q euidentia n intrat fidei. s p
de eviden. Ad auctes confirmantes op. magri henrici. a
liq dicit ad parte q aut. n distinguit p hs n ite fide distinctam
maiori 7 distinctam minori. p quam ad moret q a p sua.
Ecio plus dnt hre de fide p tale adhesioe. n q plus
hēant de hitu fidei. Ad vl ur dr q auctas adducta n p
bat pl n q ē de scia 7 ppe ille. s n q ad nos. q occdit. ar
p d ad ar q suppoita fide ho inuestigato p roes nales
ad una sola fide pt p fra ore cogitoz hre de pn q cog
nito n ē fis scie. q ppe loco n ē n q dam co ulls mai
poit s sn ol ao lume iuso. s q dit aug. q eps fidel
7 ego catholica fide ofiteor 7 p illa me ad cera scia p
uenire psumo. alia auctas lo de dono sapie qua q
lib hre. q forte n de ipz hre pt n exit i ea inte. un
ē sic de hitu theo. n io forte sapiaz d tale ee io q ē
nobi in aia p mo solilo qor. Ad 4 ar accipit sapiaz p cog
tne acqsita p fide. n mete ao lume. n no cogitoz ipz
lumi. q ois maifesta o lum d pt. un sic cogito exprimit
deducta s sipl pt d scia. sic cogito ex altissimis pnis pot
d sap. 7 aut sic q duo luia. Ad ar pet de alia cor.

[illegible]

ad affectum delectationis rationi ad finem ... ad quem ...
se ordinat. Ad oppositum ... scientia ... caritate sicut dicit
Augustinus ... lex no
va ... caritas est ...

[illegible]



[illegible]

potest per se apprehendi a potentia, et cum dicitur sit id quod per se apprehenditur hac scientia et quod primo se offert consideranti. Secundo quod ipsum sit obiectum. Sed ad hoc dicendum quod intendit hic per deum. Dicit enim Anselmus prologo c. 1 deum esse id quo nihil maius cogitari possit, et Monologion c. 3 est quod summum omnium. Et Augustinus de trinitate libro 1 c. 12: omnes deum esse dicunt quod omnibus rebus anteponitur. Et Commentator 6 metaphysicae c. 3 et philosophus libro de pomo dicit quod est ens nobilissimum. Ex his auctoritatibus patet quod deus sit primum et nobilissimum ens, et de potiori nobili subiecto et per consequens scientia. Sed haec est talis ut dato quod non, cum aliqua alia scientia possit esse de eo, praeterea alia scientia esse nobilior ista, quae est in genere in via. Item philosophus 1 de anima: nobilitas scientiae attenditur penes duo, scilicet penes modum procedendi et penes nobilitatem subiecti. Sed haec scientia non habet certissimum modum procedendi et nobilissimum, immo forte geometria certiorem modum procedendi. Cum haec sit nobilissima, non ipso modo procedendi, erit nobilissima et ipsa nobilitate subiecti. Habebit ergo nobilissimum subiectum. Tale est deus, ergo etc. Item theologia est subiectum primo et totius scientiae, quia tota scientia virtualiter in primo est. Sed omnes articuli fidei, qui sunt principia huius scientiae, sunt per se de deo vel reductive ad ipsum; ergo ipse est principale et formale subiectum.

Item sancti [illegible] tota est cognitio de deo, scilicet per nostrae investigationis [illegible] contemplationem et per aenigmaticam visionem. Ideo ergo quod est obiectum fidei est obiectum huius scientiae, quae est cum aenigmate ut in via est; sed illud est deus, ergo etc.

Item Augustinus 8 de civitate dei c. 1: [illegible] in hoc opere omnes philosophorum varias opiniones tentare suscepi, sed eas tamen quae ad theologiam pertinent, quo verbo graeco significari intelligimus de divinitate rationem sive sermonem. Dico ergo quod deus est hic subiectum, sed tamen quaeritur sub qua ratione est hic subiectum, an sub ratione communissima et absolutissima, an sub ratione aliqua speciali. Dicunt aliqui quod sub ratione absolutissima et non sub ratione contracta sive speciali, quia ratio est quia id est subiectum in scientia cuius cognitio ipsa perfecta est et investigatur. Sed cognitio ipsa de deo non perficitur nisi sub ratione esse absolutissima, quia si eius cognitio praesupponeret sub ratione speciali, tunc ulterius non foret satis inquisitum. Item si sic accipitur, dicitur tunc quod possint haec attributa ad ipsum [illegible] sub aliqua speciali. Item alibi alii arguunt sic: si deus sub aliqua ratione speciali esset subiectum huius scientiae, ergo non sub alia, ut si sit subiectum sub ratione glorificatoris, non est subiectum sub ratione boni ultimi; et tunc si in scientia consideretur de eo in quantum [illegible], sequitur quod non consideretur in quantum est capiens ut potens, et sic de aliis, quod est inconveniens. Item non est alia ratio in deo quam sit ratio per se. Ergo sub ratione ista [illegible] per se est subiectum huius scientiae, et haec est sub ratione absolutissima. Item scientia una est quae est propriissime scientia dicta, sed scientia divina est de seipso sub esse absolutissimo, ergo etc. Item scientia una per se habet subiectum unum et sub una ratione, et prior quia unum in quantum unum habet subiectum. Sed haec est una scientia, ergo eius subiectum est ad unum in esse. Item sic melius arguitur: sicut generalis scientia ad generale subiectum et sub ratione generali, ita specialis scientia ad speciale subiectum et sub ratione speciali. Cum ergo scientia generalis ut generalis est habeat subiectum generale sub ratione communi, sicut metaphysica, ita et scientia specialis ut specialis est habebit subiectum speciale et sub ratione speciali. Sed ista scientia est specialis, ergo subiectum et speciale et sub ratione speciali.

Ideo dico quod deus est subiectum huius scientiae sub ratione speciali, et haec ratio est boni ultimi finis. Cuius ratio est quia scientia nobilissima est de subiecto nobilissimo et sub ratione nobilissima, quia si non, esset oppositum potius ponendum: quia si scientia nobilissima sit de subiecto nobilissimo, non tamen sub ratione nobilissima, posset alia scientia esse de eodem subiecto sub ratione nobiliori, et per consequens esset illa scientia nobilior nobilissima. Et sic [illegible] esset nobilissima scientia, quod est oppositum positi. Cum ergo haec scientia sit nobilissima, oportet quod sit de subiecto nobilissimo sub ratione nobilissima, quae quidem est ratio boni et finis. Item Avicenna 6 metaphysicae c. ultimo: quod si aliqua scientia est potior alia, illa est potior quae est de causa finali; ratio est quia finis est ratio boni, tamen ut patet. Item omnis scientia est proportionata ad felicitatem futuram secundum Avicennam 2 metaphysicae c. 3. Sed haec scientia plus proportionatur quam omnes aliae scientiae, ergo est de subiecto ut est plus proportionatum. Sed hoc est ratio finis, ergo etc. Item haec scientia non dicitur a practica, sicut dictum est, nec quia obiectum huius scientiae est certum; obiectum vero practicae est contingens et operabile secundum philosophum 3 de anima. Item practica terminatur per bonum et per operabile. Cum ergo ratio sub qua scientia practica sit ratio boni, subiectum huius scientiae erit ratio boni [illegible] cum omnibus operibus de fine. Quia si haec scientia sit speculativa, est nobilissima et de fine nobilissimo; si affectiva, et de bono sub ratione boni quod est affectivum; si practica, tunc ad hoc videtur sequi quod practica habeat bonum pro fine; si contemplativa, sicut dictum fuit ad hoc, est de causa quae nobilissima contemplatio et de causa finali.

Ad primam rationem contra positionem Gandavensis dicitur quod ipsa cognitio divinae bonitatis perfecte et perfecto amore sui inquiritur in hac scientia, quia sic ipse deus diligitur a nobis primo, et quanto perfectius cognoscitur, tanto perfectius diligitur, et sub ista ratione omnis attributio fit praeterea. Ad secundum dicitur quod de deo sub ratione boni considerantur principaliter et de deo sub ratione sapientiae et potentiae, et haec habent attributionem ad rationem finalem. Unde non expedit quod aequivoce terminatur de omnibus rationibus istis. Ad tertium dicendum quod omnes aliae rationes includuntur sub ratione boni, quae est nobilissima, ideo de omnibus et quibus alia ratio in deo nobilitatem proportionem ad hanc, quia unumquodque ordinatur ad alterum perfectius [illegible] ut in se stans. Ad ultimum dicendum quod concluditur oppositum, quia si scientia nostra est quaedam participatio scientiae divinae, cum participatio deficit ex parte capientis, et scientia sua sit de ipso sub esse absolutissimo, non tamen est hic de eo sub ratione esse, sed sub esse particulari et speciali. Item aliter ad argumentum: quod scientia dei est de deo sub una ratione boni, ad quam omnes aliae rationes in ipso refunduntur sive ordinantur quodammodo, sicut dictum.

Contra hanc opinionem quod deus sub ratione una boni sit obiectum habitus theologiae probatur: quia habitus et obiectum per se proportionantur, ita quod si alia ratio respicit ad per se [illegible] formale subiectum obiectum ipsius, [illegible] habitus per se pertinet [illegible] obiectum per se et per quam formale omnium. Sed bonum non est obiectum potentiae intellectivae sub ratione boni et finis, sed sub ratione entis vel veri. Ergo [illegible] quod habitus theologiae per se perficiens hanc potentiam respiciat sub ratione boni tamquam formale obiectum ipsius per se, sed eius sub ratione entis vel veri, et ita deus sub ratione entis vel veri est subiectum. Item habitus distinguuntur per formales rationes obiectorum. [illegible] formales rationes obiectorum differunt specie. Sed caritas differt specie ab habitu theologiae, qui est habitus scientificus, et caritas tendit in deum sub ratione boni et finis, ergo sub ratione alia specialiter est deus obiectum istius scientiae. Item scientia [illegible] quod est nobilissima [illegible], ergo non solum de subiecto nobilissimo sed etiam sub ratione. Sed deus est nobilissimum subiectum, et prior est ratio entis vel veri in deo quam ratio boni; ergo haec scientia, cum sit nobilissima, et prius erit de deo sub prima sua ratione. Item omnis scientia determinata est de subiecto sub ratione determinata, sed ratio boni non est ratio determinata, quia convertitur cum ente, ergo etc.

Ad primum istorum dicitur quod [illegible] ratio intellectus potentiae et ad esse primam rationem considerationis, quia illa quae est prima et formalis ratio [illegible] potest esse in illis rationibus consideratoris et esse alia, ut verbi gratia si [illegible] color esset primum obiectum intellectus, et sub ratione coloris [illegible] color esset primum [illegible] ratio considerationis [illegible] color est ipsum qualitas et ad [illegible] hic intellectus, quod ratio coloris respectu considerationis esset [illegible] est formalis. Sed in proposito, licet ens sive verum sub tali ratione sit primo obiectum et formale potentiae intellectivae, ut intuitiva est, tamen [illegible] non sic erit [illegible] per habitum scientiae, cum non in ipso ratione ut ens, sed ipsum bonum in quo ratio boni sit primo ratio considerationis. Ad secundum dicitur quod concludit de formali, cum verum est, quod de fine ut finis est non possit esse aliqua scientia. Ideo dico quod si duo habitus sint circa eadem ordinis rationis, licet quod utrumque intellectus, si differunt specie, necesse est formales illorum habituum differentes specie. Sed si non sint circa eadem rationis, immo unus est in intellectu et alius in affectu, tunc non, sed tunc sufficit diversus modus tendendi in idem subiectum vel obiectum. [illegible] non [illegible] ut alius, quod ideo [illegible] intellectus [illegible] differt formaliter et specie a potentia [illegible] formaliter [illegible] licet uterque cum caritate. In obiectis formaliter consimilibus penes formalia obiecta [illegible] magis distinguuntur potentiae quam penes alia. Ad tertium dicendum quod concludit formaliter quod ista scientia esset de deo sub ratione entis [illegible], quod non est verum. Ideo dicitur quod haec scientia dicitur prima quantum ad dignitatem, non quantum ad generalitatem. Unde haec est de deo sub ratione digniori, non sub ratione priori. Ad quartum dicendum quod scientia est de deo sub ratione determinata, sub ratione finis, [illegible] quod de deo in patria habetur notitia per fidem et revelationem [illegible] finis ultimi non est ratio communis deo et creaturae. Ad primum principale dicitur quod maior non tenet [illegible] extranea ei. Sic est in proposito, quod ratio dicitur, ut hic consideratur, est extranea rationi entis ut ens. Et ideo scientia de deo non est sub scientia de ente. Contra: et sic specialiter considerat lineam visualem, quae extranea est lineae ut linea est, de qua considerat geometria; tamen perspectiva est sub geometria. Item perspectiva lineam cum ratione addita, scilicet visuali, est in subiecto. Sic de causa finali ratione extranea entis est subiectum. [illegible] utrobique et sic. Ideo dicitur quod [illegible] in metaphysica non est subiectum ut continetur sub subiecto metaphysicae [illegible] linea visibilis non est. Sed deus est subiectum theologiae ut [illegible] et linea [illegible] cognoscitur est. Et ideo deus ut sic in ista scientia est subiectum, non cadit sub ente ut ens est subiectum in metaphysica. Ad alterum dicitur quod si haec scientia consideret de deo et creatura [illegible] per se, sic est in exemplo posito de albedine et nigredine respectu visus, tunc necessario esset formale subiectum scientiae. Si tamen consideret de uno per se et per aliud, scilicet de deo et creatura, non nisi ordinatur ad deum, ideo primum subiectum [illegible] per se, ut si ponatur quod arithmetica haberet subiectum [illegible] numerum, quod de ceteris [illegible] non determinet nisi per [illegible] attributorum habent ad subiectum, sicut quidam ponunt, et credo quod sit verum. Sed in proposito deus est subiectum principale et formale huius scientiae, et alia non considerantur hic nisi per attributionem ad deum. Ad 3 dicitur quod non est de ratione subiecti quod contineat omnia praedicata, sed sufficit quod omnia quae considerantur in scientia habeant attributionem ad subiectum et quod ipsum subiectum [illegible] sit consideratio, ut scilicet ordinantur ad ipsum. Ad alterum dicendum quod maior est falsa, immo verissime haec omnia considerata ordinantur ad deum et verius quam ad rem divinam, immo res divina magis praedicatur de omnibus hic consideratis per communitatem suam, sed haec ratio praedicationis non est de ratione subiecti. Ad alterum de Christo dicitur quod auctoritas non plus concludit nisi ad [illegible] quod Christus sit principalior pars huius subiecti et quod omnia haec determinata pertinent ad Christum tamquam ad principaliorem partem subiecti; tamen de Christo hic determinantur prout est de deo, quod est formale et principale subiectum sub ratione bonitatis suae.



Quaeritur utrum deus sub ratione infiniti possit esse subiectum vel obiectum alicuius scientiae creatae. Videtur quod non, quia sub una et eadem ratione non potest esse subiectum scientiae creatae et increatae. Sed ratione infiniti est subiectum scientiae increatae quam deus habet de se, ergo non est scientiae creatae. Maior patet ex hoc quod sicut scientia divina excedit scientiam creatam in infinitum intensive, [illegible] obiectum scientiae suae excedit obiectum scientiae nostrae in infinitum. Sed quod excedit in infinitum est finitum, ergo obiectum scientiae nostrae est sub ratione finita. Item quod deus speculatur se obiective sub ratione infinita, videndo se videt [illegible] finita quae possibilia [illegible]. Sed si aliquis intellectus creatus videret deum sub infinita ratione a parte obiecti, videndo deum videret omnia quae deus videt, quod non conceditur etiam de anima Christi. [illegible] homo intelligendo deum per habitum theologiae non sic intelligit omnia. Patet per Augustinum 14 de trinitate c. 1: non utique quidquid sciri potest ab homine in rebus humanis, ubi plurimum supervacuae vanitatis et noxiae curiositatis est, huic scientiae attribuo, sed tantum id quo fides saluberrima, quae ad vitam beatam ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Item scientia nostra est quaedam participatio scientiae divinae, ergo [illegible] potest ab alio intellectu creato sub ratione infiniti. Contra: obiectum dilectionis viatoris et comprehensoris potest esse deus sub ratione infiniti, ergo et obiectum intellectionis. Item Avicenna 6 metaphysicae in fine dicit quod si anima separata esset, inveniret infinitum.

Circa istam quaestionem sunt opiniones. Egidius enim dicit quod impossibile est quod aliqua scientia creata sit de deo sub ratione infiniti obiective, quod patet quia, cum omnis scientia speciem capiat ab obiecto formali, si haec scientia esset de deo sub ratione infiniti, sequitur quod scientia esset infinita. Item si aliqua creatura videret deum sub ratione infiniti intensive, videret deum sic comprehenderet, quia tunc videret omnes rationes ydeales attributales quomodo perfectus, et ita deum comprehenderet sicut ipse comprehendit seipsum. Item libro de causis [illegible] motor infinitum [illegible] potest. Cum ergo obiectum [illegible] agat in potentiam, si infinitum sub ratione infiniti esset obiectum finitae potentiae, ageret actionem infinitam in potentiam, et potentia finita sustineret et acciperet actionem infinitam [illegible] motum infinitum. Item inter actum et potentiam et obiectum est proportio, ergo cum actus elicitus ab obiecto sit finitus et potentia eliciens, consequens [illegible] quod obiectum a quo elicitur actus finitus sit. Contra istam opinionem arguit Gandavensis quodlibet 12 q. 1 sic: sub prima ratione est deus obiectum scientiae nostrae sub qua est scientiae beatorum, quia beatorum scientia certa est. Sed ipse est obiectum beatorum sub ratione infinita, quod patet, quia si sub ratione finita esset obiectum scientiae eorum, non quietaret motus eorum in dilectione dei secundum modum quo ipsum cognoscerent, quia ulterius quolibet finito posset appetere [illegible] et eorum appetitus; sed quod deum cognoscat et diligat sub ratione infinita, quia ratio finita non potest quietare eorum appetitum. Dicit enim Gandavensis quod deus sub ratione infiniti ex parte sui dicitur potest esse obiectum scientiae vel subiectum uno modo ut utrumque, scilicet res ipsa quae deus est et ratio ipsa infiniti, sit obiectum scientiae, et quod ab utroque et secundum utrumque scientia formetur et ad utrumque determinetur sub ratione utriusque. Alio modo ut solum res ipsa subiecta illi rationi sit subiectum scientiae et ab illa solum formetur et illa et ad illam determinetur, sic tamen non est sub ratione infinitatis, ut ipsa infinitas seu ratio infiniti sit quoddam annexum obiecto sive subiecto ipsi [illegible] ut sub ratione divina non sit subiectum vel obiectum, in tantum quod ratio non sit obiecta illius scientiae. Et primo modo deus sub ratione infinita est obiectum solum scientiae divinae, propter quod scientia divina de deo differt secundum speciem a scientia angelorum et hominum. Secundo modo est obiectum scientiae creatae de ipso, ex hoc subalternans scientiam angelorum et hominum de deo tam beatorum quam viatorum, et iste modus subalternationis quo scientia considerans obiectum determinatum infinite comprehensive subalternat scientiam considerantem ipsum [illegible], contrario modo subalternationis quo scientia considerans obiectum superius subalternat scientiam considerantem ipsum determinatum, quemadmodum scientia de linea subalternat scientiam de linea visuali. Unde [illegible] quod ponit philosophus in 1 Posteriorum. Unde dicitur quod quaelibet scientia respicit duo, scilicet obiectum scitum a quo scientia for-

fruitio includat maximam delectationem non potest esse sine habitu. Iste habitus est caritas. Secundo quia ita quod habitus est medius inter potentiam et perfectam operationem, talis est fruitio. Item 6 ethicorum c. 3 [illegible]. Quarto si sine habitu daretur voluntati actus et actus fruitionis sit perfectissimus, haberet habitum a quo eliciatur. Contra quando duo sunt obiecta aliquo modo et unus istorum magis participat de perfectione obiecti quam aliud, si potentia sine habitu medio potest in obiectum quod minus est de ratione obiecti, multo fortius potest sine habitu medio in obiectum id quod plus participat de ratione obiecti. Sed voluntas creata potest frui sine habitu medio, quod patet quia fruendo amittit habitum si prius habeat, quia potest frui deo sine habitu cum plus habeat de ratione fruibilis. Item angelus in actu potest diligere deum super omnia propter se ex puris naturalibus, saltem hoc verum est de angelo in statu naturae. Ergo potest frui deo ex puris naturalibus. Consequentia patet quia si diligat deum super omnia propter se non utitur eo sed fruitur, quia dato opposito quod non diligat propter se tunc non sequitur quod diligat eum super omnia sed in ordine ad aliud quod magis diligitur. Ergo sine habitu potest frui deo. Ideo dico quod cum frui non sit aliud quam actus qui habet finem ultimum, [illegible] realiter vel intentionaliter. Hoc est quod sic dicitur magis in re vel in spe. Ad hoc vero quod realiter vel perfecte habeat requiritur habitus ut in patria. Sed si sit fruitio in spe scilicet imperfecta, illa imperfectio potest esse vel ratione perfectionis in patria vel in via. Primo modo videtur si sit imperfecta fruitio in via, imperfecta tamen ratione fruitionis in patria. Ad hoc dico quod imperfecta fruitio in via non potest esse sine habitu, sed secundo modo intelligendo videtur quod ista imperfectio fruitionis antecedit, sicut est perfecta fruitio in via, sicut quod potest esse perfecta in via. Secundo dico quod aliquis potest frui in via sine habitu et potest diligere deum super omnia, non tamen perfecte fruitur sine habitu, ergo non fruitur sine habitu. Ad primum in oppositum dico quod fruitio illa non concluditur esse perfecta et ideo non requiritur habitus ideo potest et actu. Unde illa opinio procedit de fruitione perfecta et verum est quod talis non est sine habitu. Ad primum principale dicendum quod quando ad bene esse et perfecte frui fruitionem perfectam [illegible], non est necesse ad fruitionem imperfectam vel fruitionis perfecte in via. Ad aliud dicendum quod consummatio bonorum est ultra nos duplex, scilicet bonitatis et beatitudinis obiecti. Primo modo ad ipsum non potest elevari potentia per habitum [illegible]. Secundo modo summum bonorum potest esse obiectum potentiae, scilicet sine naturae et naturalis. Ad obiectum primo modo non potest potentia attingere sine habitu elevante; ad obiectum vero secundo modo potest per [illegible] naturalem, sicut ad hoc potest diligere deum super omnia propter se ex puris naturalibus.

Utrum voluntas eodem actu numero quo fruitur deo utatur illo actu, et eodem quo intellectus intelligit obiectum intelligat intellectionem. Et quod eodem numero probatur: Aug. 9 de trinitate c. 13 sermo dicitur fratrem non novi quod diligam, diligit fratrem et diligit eandem dilectionem. Sed si non eodem actu fratrem et ipsam dilectionem diligeret, non quod dilectio proximum diligeret dilectionem. Item anselmus de libero arbitrio c. 4 dicit quod qui vult ad velle actum suum, quia dato opposito quod non vellet actum suum, non sequitur quod non vellet. Ergo si vult ad vult actum suum. Contra actus differunt specie ex formali differentia obiectorum. Ergo differunt numero ex differentia numerali obiectorum. Sed aliud est obiectum secundum quod tendit actus directus scilicet deus, et aliud secundum quod tendit actus reflexus quia actus ipse. Ergo ille et iste differunt numero sicut et obiecta. De hoc Aug. 14 de trinitate c. 10. Item nihil est volitum nisi cognitum. Sed actus voluntatis dum est non potest esse cognitus ab intellectu, quia nec per essentiam quia est in alia potentia, nec per speciem genitam quia voluntas est spiritualis, non potest gignere speciem. Ergo actus voluntatis non est cognitus dum est, et per consequens nec volitus. Ergo non eodem actu vult obiectum et actum tendentem in obiectum. Dicunt alii quod est idem actus realiter quo voluntas vult obiectum et actum tendentem in obiectum, dicentes a se ipso per diversos respectus ad unum obiectum et ad aliud. Contra ipsum quia impossibile est quod idem ac-

tus numero cadat super aliquod obiectum mediate et immediate. Sed actus fruitionis immediate cadit super finem ultimum obiectum. Sed actus quo vult actum suum, qui est reflexus, immediate cadit super actum, mediate cadit super obiectum fruibile. Ergo non est idem actus numero, et hoc etc. Item in corporalibus impossibile est actum eundem esse rectum et reflexum, sicut patet de motu lapidis sursum et deorsum qui non est motus numero. Ergo similiter nec in spiritualibus. Item impossibile est quod idem actus sit necessarius et contingens. Sed actus quo aliquis vult finem est necessarius; actus vero quo vult ea quae sunt ad finem est contingens, quia potest ea non velle. Actus vero quo aliquis vult actum quo vult finem est tamquam id quod est ad finem et non finis ipse, et sic ipse tamquam actus reflexus qui est contingens, et hoc vult philosophus 3 ethicorum c. 4 unde [illegible] electio quae est eorum quae sunt ad finem. Ad voluntatem quae est ipsius [illegible]. Item quando unus actus cadit super aliquod obiectum non potest [illegible] sicut ut si [illegible] se intelligit. Sed cum beatus est volens deum, volitio ista [illegible] cadit super deum obiectum, ergo non super istum actum. Hoc est contra Aug. 4 de trinitate c. 3 possum intelligere [illegible] etc. Ideo dicunt alii quod non est idem actus rectus et reflexus, sed stant simul et sic sunt eadem [illegible] potentia. Alii dicunt quod non [illegible] habere [illegible]. Aug. libro 2 de trinitate c. 3 scio me scire et intelligo me intelligere, non dicitur intelligo me intellexisse. Ergo actus rectus et reflexus sunt simul. Item per philosophum libro 2 de anima, video me videre colorem. Ergo video colorem, quando secundum non staret primus actus cum secundo, quia secundum a parte voluntatis. Item per Aug. 9 de trinitate c. ultimo amor imperfectus sit amor fruentis, quod [illegible] residuum quod est absens potest amor quando est praesens; cum ergo actus dilectionis in patria habeat deum praesentem, certum quod [illegible] residuum dum est in via. Item [illegible] dum intelligit potest velle se intelligere. Ergo potest intelligere se intelligere, cum nihil possit esse volitum non cognitum. Ergo [illegible] potest voluntas velle actum suum dum [illegible] obiectum. Item si actus volendi dum est non potest cognosci ab intellectu, [illegible] non possit cognosci ab angelo intellectu dum est, non possit actus simpliciter intelligi, quod est inconveniens. Item per hoc [illegible] 3 dicit magister sic dum me intelligere per quod [illegible] quod intellectus capit se in parte memoriae. Sed si intellectus non possit intelligere se intelligere dum intelligit, [illegible] sed solum intellexisse, cum sic [illegible] in memoria non [illegible] magister [illegible] quod intellectus capere se, quod non sequitur ex assumpto quod capere se sed memoria. Alii dicunt quod rectus actus et reflexus non stant simul. Arguunt sic quia illi duo actus sunt eiusdem speciei, et tunc duo actus eiusdem speciei essent in eodem subiecto, quod est contra philosophum 5 metaphysicae c. de diviso. Non sic dicitur quia si in eodem subiecto etiam duae formae sint diversae speciei. Si diversae, sequitur quod [illegible] actus etc., quia ratione possum me intelligere plures intellectus [illegible]. Sed illud contra Aug. 3 de trinitate c. 3 quod in intellectu est processio in infinitum. Item idem non potest esse plura, sed si manent duo actus intelligere plura. Sed [illegible] obiectum et actum [illegible]. Item si manet actus reflexus cum actu, potest eadem ratione aliud quod potest reflectere se super primum actum reflexum et sic procedere in infinitum. Sed non est intelligibile quod tot actus possint esse simul in eadem potentia, et una cum hoc ipsa sit [illegible]. Sed [illegible] actu manente cum omnibus aliis, quia si primum desinat esse, cum sic ipsum [illegible] desineret esse et per consequens tota concatenatio actuum ut iste actus sit manente. Cum ergo per Aug. 9 de trinitate res cognoscatur per speciem et per praesentiam speciei et per notitiam sui affectionis, tunc dicitur quod actus quo vult deum in patria non diligitur ut ens actu quis



cognitum per praesentiam speciei actualiter informantis intellectum, sed ut ens in abdito intellectus. Sed quia species solum repraesentat rem, non rem esse vel fuisse, ideo non dicitur Aug. in 1 parte articulo [illegible] opinionem quod intelligit se intellexisse, sed dixit intelligo me intelligere, et hoc est idem ac si dixisset intelligo me intellexisse. Tamen hoc non dixit propter causam dictam, et per hoc patet ad primum. Ad aliud dicendum quod non est ad propositum, quia non plus innuit philosophus nisi [illegible] non quod visio sit colorata, quia visus videt colorem, non quia visus videat visionem, quia visus non potest reflecti super actum suum cum sit potentia organica. Ad aliud quod potest obici Aug. 9 de trinitate c. ultimo quod amor imperfectus sit amor fruentis et quod residuum absens diligitur praesens, dicit quod intelligit tamen de obiecto, non de actu tendente in obiectum. Ad aliud dicitur quod dilectio in patria diligitur per experimentum, non reflectendo super actum alium. Hoc est eo ipso quod homo exit in talem actum probatur quod diligat et velit actum illum. Ad aliud dicendum quod ipsa notitia est tamen notitia experimentalis, non aliquis actus qui diu stat. Ad aliud de magistro dicitur quod licet actus intellectionis vigeat in memoria quod [illegible] cogitatur, quia tamen cogitatur per speciem per quam cogitatur quod fuit actus intellectus, intellectio capit se ipsam, et ideo tamen [illegible] intelligo me intelligere sic intelligo me intellexisse, sed istos in proposito. Contra istam opinionem est experientia, quia de ratione beatitudinis sit permanentia et beatus habeat actum unum quo intelligit deum et alium quo vult deum, quidem actus semper manet quia sunt beatificativi, et de ratione talium est permanentia semper, scilicet actualiter intelligit deum et diligit. Ita quod numquam interrumpitur, illi actus non interrumpuntur beatitudo. Vel ergo numquam poterit intelligere vel [illegible] cum plura intelligere et velle sit. Item tunc est [illegible] perfectio cum quis sciret se scire. Sed perfectio in beatis. Ergo beati videntur se videre et diligere dilectionem, non eodem actu sicut probatum est. Ergo primum semper manet ut nunc probatum est. Ergo sunt duo actus simul, quod concedo ad rationes aliorum [illegible]. Ad primum dicendum quod non concluditur, quia idem articulus potest facere eos de specie quod actum primum dicunt cogitari [illegible] actum reflexum per species istorum. Sed quando autem istae species sunt eiusdem rationis, et tunc duo accidentia eiusdem rationis in eodem subiecto, et sic ulterius deducendo veniatur ad idem inconveniens de illis intelligere. Ideo dicendum quod philosophus non negat in hiis intentionibus species posse in infinitum, sed de speciebus [illegible] quarum una non dependet ab alia. Unde Aug. 12 de trinitate capitulo 8 species numero sunt infinitae. Ad aliud dicendum quod non est inconveniens beatum in patria intelligere plura ut plura, cum videat verbum et rem in verbo et in genere proprio. Ad aliud dicendum quod eo ipso quod potentia est limitata est dare unum actum ultimum, quia non potest potentia limitata [illegible] actibus, non [illegible] repugnantia actuum, sed ipsa potentia finita. Et si arguitur quod ad hoc potest reflectere se, dico quod verum est, sed tunc dimittit totam concatenationem actuum priorum et reflectit se super habitum vel speciem. Ad primum principale dicendum quod Aug. intelligit de dilectione in habitu, non in actu, vel intelligit de dilectione sicut dilectio per experimentum non reflexive, vel magis [illegible] quod potest habere duos actus simul. Ad aliud Anselmi dicitur quod qui vult ad non vult suum actum negative, et quando ergo vult si non vult non eliciat actum non velle privative per nolle. Ad aliud in contrarium dicendum quod probatio [illegible]. Ad aliud dicendum quod voluntas in comparatione ad actum suum habet rationem spiritualis, sed in comparatione ad speciem habet rationem gignentis et modum intellectus [illegible] per speciem. Vel aliter sic una potentia in diversis est in aliis per concomitantiam, sic una potentia [illegible] existit aliqua [illegible] in voluntate et actus eius per quam cognoscitur per praesentiam et habitum quia in potentia est. Contra rationes possunt intelligere se habere caritatem

Utrum fruitio sit idem quod beatitudo. Et quod non videtur: Aug. super genesim libro 11 c. 10: virtus est amare quod habeas, felicitas est habere quod amas. Ex hoc sic: felicitas cum sit beatitudo secundum Aug. procedit amorem, quia sicut ipse felicitas est habere quod amas; habere autem quod amatur per actum intellectus. Ergo beatitudo est in actu intellectus. Fruitio autem est actus voluntatis ut dictum est. Ergo beatitudo a fruitione non sit idem. Item Aug. 83 q. q. 35: habere deum nihil est aliud quam nosse. Sed nosse est actus intellectus, fruitio autem est actus voluntatis. Ergo non sunt idem. Contra 1 ethicorum c. 5: optimum delectabilissimum est felicitas. Sed hoc est fruitio. Aliqui dicunt quod cum delectatio non sit operatio sed quod perficiat operationem per philosophum 10 ethicorum, et est adveniens operationi sicut pulchritudo iuveni adveniens, et tale sit fruitio, non est actus beatificus, sed delectatio consequens actum quae consummatur ultimo fini delectabili, et sic fruitio non est beatitudo. Contra hoc arguitur sic quod fruitio sit beatitudo probatur per Aug. libro de doctrina christiana c. 8: haec est merces summa ut deo fruamur. Sed summa merces est in actu beatifico. Ergo fruitio est essentialiter ipsa beatitudo. Item fruitio est amore inhaerere alicui propter se. Cum ergo amore inhaerere sit actus voluntatis et talis est fruitio, sequitur quod fruitio sit actus voluntatis, et per consequens fruitio est actus beatificus et non delectatio consequens actum beatificum ut voluerunt alii. Item hoc probatur ratione: actus fruitionis non est [illegible] referendus nisi in obiectum fruibile, quod est actus ultimus et perfectissimus. Unde Aug. 10 de civitate dei c. 16 dat differentiam inter frui et uti, quod frui non habet ad quod referatur ulterius, uti habet ad quod referatur. Sed delectatio consequens actum non solum est referibilis in obiectum ultimum sed etiam ad actum cuius est perfectio. Ergo delectatio non est fruitio. Item contra 10 ethicorum c. 4: delectatio est propter operationem, non econverso. Frui autem non est propter aliud. Ergo frui non est talis delectatio, sed operatio ultima et perfectissima quae fertur in obiectum ultimum propter se. Item fruitio est actus, ergo est actus ultimus, et ex hoc sequitur quod non est actus intellectus, cum actus intellectus ordinetur ad actum voluntatis, vel dato quod non sit actus ultimus sequitur quod non sit fruitio cum non immediate tendat in deum. Ideo dico quod fruitio est actus beatificus. Unde Hugo de laude caritatis: [illegible] est dilectio ipsa, ipse cursus quia promovet, quia via et beatitudo, et beatitudini attribuit fruitionem dicens quod beatitudo est fruitio. Ad primum cum dicitur de Aug.: virtus est amare ut habeas, dico quod intelligit de amare in via. Secundum in alia parte auctoritatis cum dicitur quod felicitas est habere quod amas, intelligit de amare in via et ratio amoris in via est habere in patria quod fruitio, tamen amor in patria ratione amoris in via habere in patria est fruitio. Vel dicendum quod habere stat in 2 actu utriusque potentiae, scilicet intellectivae et affectivae. Ad aliud dicendum quod Aug. hoc retractat in libro retractationum c. 26 sub his verbis: quod dixi non aliud est nosse quam amare vel habere, non satis approbo.

Utrum beati fruantur tribus personis una fruitione numero. Et quod non, quia non obstante una unitate tamen [illegible] in divinis sunt de eis 3 articuli ut tres credunt. Ergo non obstante unitate [illegible] sunt de eis tres fruitiones. Item actus numerantur et specificantur ab obiectis. Sed obiecta distinguuntur quia sunt tres distincti. Ergo actus sunt distincti et plures. Item actus talis est ea ratione aliquid in eis et non ratione propria cuius est actus ipse fruitionis, sicut quando sciret homines [illegible] non habet perfectam cognitionem de eo. Ergo fruitio non posset esse tunc propter unam rationem bonitatis unius communis in eis et actus ille ipse fruitionis, quod est inconveniens. Item quando aliqua inter se sunt distincta, ab eo non potest attingi unico actu ut distincta sunt. Sed tres personae in se distinctae sunt et distinctorum habent in comparatione ad fruentem, quia fruens fruitur istis in quantum sunt 3. Ergo non attingit istas ut distincta sunt uno actu. Contra si sic [illegible] sequitur similiter non si sic plura actuum essent speciei sunt in eodem subiecto numero si

[illegible]



[illegible]

1 Q[ue]ritur de sit . u[trum] ... an sit . mo . c . 3 . de e q mag[nitudine]
cogit n p . g si de eet h[abe]ret eet i[n]finita . ... e F[initum] . g
2 ... Item ... p[otenti]a ... p[otest] ... e fi[nit]a . g sili[ter]

[illegible]



[illegible]

[illegible] singularitas non multiplicatur [illegible] ratione [illegible] una [illegible] singularitas [illegible] multiplicatur [illegible]

Ad [illegible] negatione [illegible] duo [illegible] albedine [illegible] negatione. Ratione [illegible] principia [illegible]

[illegible]

Analogia unitatis [illegible]

[illegible]



[illegible]

Quarumdam attributa [illegible]

[illegible]

tiatur esse hoc simplex apprehensum per actum intellectus et per suum actum attributorum dis-
tinctorum attributorum. quia de potentia ad actum reducitur secundum modum apprehendendi
in sua simplicitate reali sunt omnia relata ad creaturam et tamen apprehendit pluralitatem
et concipit esse et distinctionem attributorum in ipsa. Est ergo in deo omnimoda
unitas sine omni ratione pluralitatis in esse divina absolute considerata et simili-
ter eadem in actu simplicitatis intellectus secundum modum quo habet esse in se. Secundum tamen in eo est mul-
titudo attributorum intellectum intellectus circa ipsam, cum negociatur distinctionem ratio-
nes secundum quas in esse adunata. Hoc non est de perfectione essentie quia in simplicibus
se plura inveniantur distinguibilia per intellectum sunt omnia relata ad ea non per in-
tellectum simplicitas eius intelligentie sed quod per intellectum componentem et dividentem. Sic
de divinis hoc facit unus [illegible]. Iste ergo rationes attributales secundum
[illegible]

sciendo omnium operum in creaturis et ideo attributa distinguuntur in deo
per eo quod ex parte sua natura est [illegible] immutare intellectum et voluntatem diversimode
[illegible] ... non facit obiectum suum sed supponit et sic ponit intellectum
[illegible] dicitur. Unde verum et bonum procedunt distincte actum intellectus et voluntatis
quod ipso licet quod solum per intellectum differunt quia non sunt idem secundum eandem rationem
et supponit actum intellectus differunt verum quod quia huiusmodi intellectum et ex hoc
secundum actum intellectus et non movet per se motum. Secundum philosophum .x. methaphysice.
Et ideo [illegible] nec ratio quia non concludit actum
[illegible] ut esse contra. 12. methaphysice c. 3. [illegible]
mittitur [illegible] in intellectu divino non [illegible]. Item rabbi moyses
[illegible] non [illegible] multa [illegible]
[illegible] in intellectu vel ex intellectu. Item
[illegible]
[illegible] attributa distinguuntur [illegible]
ita est distinctio realis [illegible] realis non [illegible]
reale nec relativa realis quia [illegible] solum est ratione [illegible]. Ad secundum
dicendum quod non loquitur de attributis scilicet de sapientia et bonitate sed de ab
[illegible] et collecto suo de dispositione et [illegible] puta de universo
[illegible] et ideo quia attributa habent unum esse simpliciter
[illegible] ut ipse dicit non tamen distinctio eorum est in intellectu quod sit origi
nata solum ab intellectu immo est ex parte eorum [illegible] ex hoc scilicet quod
natura est movere aliter intellectum aut voluntatem. Et pro tanto potest dici quod distinctio
eorum est in intellectu vel ab intellectu quia distinctio eorum non est realis extra. Ad
quartum de rabbi [illegible] quod in esse divino nec in intellectu nec extra inveniuntur diversi
tas [illegible] diversitas [illegible] sic est in esse hominis vel si plus vult
dicere non est [illegible] sibi eo quod sit [illegible] in [illegible]. Ad
quintum dicendum quod diversitas attributorum non est realis nec rationis [illegible] in quo solum operatur
ab intellectu sed differunt sicut bonum et verum in [illegible] ratione modi autem
et autem absque omni intellectu suo ex hoc quod est in sua habent quod possunt aliter
movere intellectum et aliter voluntatem. Ad primum in principali in quo dicitur quod intellectus
boecii est quod in divinis omnia sunt unum realiter et predicantur de se invicem [illegible]
obviat relationis opposite non est autem intellectus eorum quod sit ad distinctio
nem distinctorum [illegible]. Ad primum de anselmo quod uno modo una con
sideratione est quidquid in deo est dico quod intellectus anselmi non est quod deus dicatur uno
modo secundum unam considerationem sed quod secundum quemcumque modum dicatur puta sapi
ens vel sapiens et quidquid est esse est sapientia dicitur totum esse divinum eius
est in ex quod adducitur [illegible] considerationem est homo [illegible]
[illegible] non est quidquid totum est homo quia non dicitur totum esse hominis. hec patet
ex processu suo manifeste. Ad secundum cum dicitur quod tunc in deo non esset
simplicitas sed compositio dicendum quod quando [illegible] non destruit sed
conservat. quia tunc destrueret se ipsam. [illegible] sicut ex
[illegible] non destruitur ipsam. quia sic destrueret se ipsam. Cum
ergo ista pluralitas attributorum consurgat ex simplicitate divine essentie
et summa eius perfectione non tollit illam simplicitatem quod dicitur ultimo quod ma
gis est unum quod est in re et ratione unum quam quod unum re tantum. dico quod dif
ferre ratione est duobus modis. uno modo sic differunt due species
et ista differunt eiusdem rationis et hoc modo unum est quod assumitur. Alio modo sic sapientia
et bonitas et hec est alterius rationis et hoc modo non est unum quia non est eiusdem
rationis. Quanto enim aliquid est magis simpliciter unum tanto plures rationes
habet alterius rationis. Ad aliud quod essent nomina synonima. dicendum quod illa sunt
synonima nomina que habent eandem conceptionem non autem [illegible] perfec
tionem [illegible] sic lapis petra. quando vero nomina [illegible] diversa
[illegible] sic est in proposito. quia alius est conceptus de deo [illegible]
[illegible] rationalis [illegible]. Ad aliud autem [illegible]

diligendi per actum et actum per obiectum dicendum quod duplex est obiectum unum quod potentiam
actuum ad subsequens producitur per actum sicut patet in divinis quia bonum
est obiectum actus voluntatis. [illegible] producitur per actum voluntatis [illegible]
[illegible] quod antecedit in [illegible] per actum
potest [illegible] obiectum quod [illegible] non habet [illegible]
unumquodque enim distinguitur [illegible] sua esse [illegible]
[illegible] contra [illegible] .2. de anima. commento 31. lo
[illegible] de potentia nutritiva [illegible] et intellectiva [illegible]
[illegible] per nos [illegible]
[illegible] precedit potentias [illegible]
[illegible] quod sit [illegible]
[illegible] sicut [illegible] hic patet quod omne precedit
[illegible] potentias [illegible]

Utrum in divinis sit pluralitas personarum in unitate essentie. quod non quia
[illegible] multiplicato uno multiplicatur
reliquum. quia cum persona sit relatio sit idem cum esse si persona multiplicabitur
sui relatio esse [illegible] multiplicabitur. Item relationes habent suam rea
litatem a fundamento suo. cum ergo fundamentum divinarum relationum idest esse divinum
quod est unum non erunt plures relationes reales. Item bonum nulla est in ex
diversitate pluralitas. Contra in symbolo dicitur: alia persona patris alia filii
etc. Et patet hoc per ... 12. methaphysice commento 39. deridens christianos
qui ponunt trinitatem personarum dicit autem sic. Putaverunt autem aliqui trinitatem
esse in deo in substantia et voluerunt evadere et dicere quod tres sint unus
tres et unum [illegible] evadere [illegible] quia tunc sequitur quod ipsos
quod deus esset compositum et ipse ad [illegible]. Sed contra tales qui
[illegible] quod non possunt [illegible] pulcherrime loquitur augustinus
de agone christiano. quia hac opinione relicta [illegible]
[illegible] quod fide tenemus. Sic supponimus autem scientia sua [illegible] hanc autem
[illegible] investigare pluralitatem personarum
realium sive personarum. Supponimus [illegible] quod persona in divinis sit res relativa
[illegible] plures [illegible] pluralitas sup
positorum distincta realiter quod sic patet. eo enim ipso quod persona est res relativa
[illegible] non potest constitui per quam esse sit
absolutum [illegible] constituta per [illegible] non potest
ergo quod constituitur sit ad [illegible] ipsa relatio. relatio autem ista
non potest esse relatio rationis. quia tunc non constitueret rem relativam realem. sed
rem rationis solum. quare oportet quod sit relatio realis. Cum ergo omnis relatio realis
in divinis accipiatur per comparationem ad terminum [illegible]
rationis [illegible] habeat relationem sibi oppositam realem et per consequens
correlativum [illegible] reale. Et sic erunt plura supposita relativa ne
cessario. [illegible] per rationes scilicet ricardus de trinitate
libro 3. capitulo 2. arguit sic [illegible] nobilissimum et perfectissimum.
[illegible] caritas deesse non potest. Nichil enim caritate
melius nichil caritate iocundius. Nullus autem pro [illegible] amo
re sue [illegible] caritatem habere. Oportet utique esse amorem
[illegible] ut caritas esse queat. Ergo [illegible] pluralitas deesse
[illegible] esse non potest. Sed dicas fortasse quod sibi una persona solum in
vera divinitate esset [illegible] erga creaturam suam caritatem haberet
et habere posset. Sed certe summam caritatem habere non posset quia certe
[illegible] caritas si summe diligeret eum quem summe diligere
[illegible] in summo et in illa summa [illegible] bonitate caritatem in
[illegible] esse [illegible] quod caritatis plenitudo
non potest esse [illegible] pluralitate. Item hoc probatur [illegible] capitulo ex plenitudine
summe felicitatis [illegible] nichil caritate melius sic nichil caritate

[illegible]

iocundius. hoc nos docet ipsa natura. unde ipsa multiplex experientia. Sicut ergo in
plenitudine vere bonitatis non potest deesse quo nichil est melius. sic in pleni
tudine summe felicitatis deesse non potest quo nichil est iocundius. necesse est itaque
quod in summa felicitate caritas non desit. ut autem caritas in summo bono
sit impossibile est deesse qui exhibeatur vel cui exhiberi possit. proprium
autem amoris est et sine quo omnino non potest esse ab eo quem diligis multum di
ligi multum velle. non ergo potest esse iocundus si non sit mutuus. In a
more autem mutuo oportet ut sit omnino et qui amorem impendit et qui
amorem rependit. vide ergo unum et alterum constituere vera pluralitas perso
narum. alter utique est amorem impendens. alter vero amorem repen
dens. Item capitulo 4. dicit sic. Ecce si diximus in illa vera divinitate esse so
lam personam unam quemadmodum solam substantiam unam hoc procul dubio non haberet
sit nisi rationalis individua substantia. quare etc. ¶ Item si illud quod est in plus cadit sub unito, et id quod est in minus potest cadere sub unito, sed non est sic quod beatitudo quae est perfectio naturae rationalis ultimate cadat sub unito, et est plus quam sit talis unio naturae cum verbo, haec scilicet suppositio quod talis unio potest esse naturae intellectualis cum verbo vel supposito divino, quia talis unio scilicet naturae humanae cum verbo potest cadere sub unito, quod videtur esse inconveniens. Oportet autem beatitudo esset plus quam talis unio: probatio quod non intellectualis possit uniri verbo, probatur ex hoc quod id quod solum perficit naturam rationalem est plus quam id quod perficit naturam intellectualem, quare cum beatitudo non possit esse perfectio nisi naturae intellectualis, si talis unio possit esse in non intellectuali, beatitudo est plus quam talis unio. ¶ In alia littera etiam sic: perfectio perficiens naturam rationalem excedit quamlibet perfectionem perficientem naturam intellectualem quae potest esse in non intellectuali; potest cadere sub unito solum naturae, et ita unio ad verbum caderet sub unito. ¶ Item Augustinus 13 de trinitate c. 19 facit hanc consequentiam et probat eam: quod si filius hominis est unitus deo, ergo homo potest frui deo. ergo videtur si non intellectualis potest uniri deo, potest frui deo. sed non intellectualem frui deo est impossibile. quare etc. ¶ Ista consequentia est bona, sicut consequentia Augustini est bona, et arguatur fortius. ¶ Item esse et posse in quibuslibet rebus sunt proportionata. ergo quod non est potentia assumi ad esse nobilissimum, nec potest secundum se potentia in actum nobilissimum. ergo si non intellectualis potest assumi ad esse nobilissimum quod est divinum, et posset etiam assumi ad actum secundum se nobilissimum qui est fruitio. sed potest non intellectualis non potest assumi ad fruitionem. quare etc. ¶ Dicit ergo iste quod natura divina dicitur esse in rebus uno modo generaliter et naturaliter, et hoc modo est per illapsum communem, et modo nobilissimo et speciali; secundo modo per illapsum specialem in natura assumpta a verbo, in quo illapsu magis unitur divina natura cum ipsa re quam ipsa res cum se ipsa, et permittitur naturam habere suppositum proprium. In isto autem illapsu ad hoc maior est unitas quam unitas personalis, non permittitur propter maiorem unitatem naturam ipsam assumptam habere suppositum proprium, sed assumi ad alienum. Sed in isto illapsu et quantum ad esse et quantum ad actum secundum illabitur natura, non enim permittitur habere suum esse nec suum actum nisi per talem illapsum, sicut dicit beatus Gregorius 16 moralium super illud Iob 23: ipse solus est. unde cum etiam nulla sint per suas operationes et ipsi determinentur secundum philosophum 5 metaphysicae, non illabitur divina natura quantum ad esse nisi illabatur quantum ad operationem et actum secundum quae est operatio, quare eodem modo est in illapsu secundo, quod numquam sic illabitur quantum ad primum actum quod est esse vel subsistentiae quin illabatur quantum ad actum secundum quod est fruitio. cum ergo constet quod non intellectualis non potest illabi divina natura quantum ad actum fruitionis secundum omnes, quare non potest illabi illapsu speciali ad actum primum, scilicet ad actum essendi sive subsistendi in supposito divino. ¶ Haec confirmat per Augustinum de spiritu et anima c. 14 ubi dicit quod humana natura assumpta quae est ad virginem dei. ¶ Item dicit 8 de trinitate c. ult. quod spiritus sanctus non assumpsit columbam in unitatem personae. ¶ Item omnes perfectiones continentur excellenter in supposito divino. quare et perfectio gratiae gratum facientis et per consequens debet naturam assumptam esse gratuitam, sicut gratia gratum faciens facit. ex hoc sic arguitur: non intellectualis non potest habere esse gratuitum, quare a supposito divino non potest assumi. ¶ Item unio per gratiam est minor quam sit unio naturae assumptae a verbo. sed non intellectualis non est capax primae unionis, quare non est capax gratiae maioris unionis quae est naturae cum supposito divino. ¶ Sed ego dico primo quod omnis creatura potest assumi ad unitatem divinae personae quae est assumptibilis. 2o quod per talem unitatem suum assumptorum est communicatio ydiomatum. ¶ 3o quod non intellectualis sic assumpta posset dici uno modo perfecta, 4o modo non perfecta. ¶ Primum patet quia in triduo mortis fuit personae unio ubi cum corpore et anima, tunc non fuit unita corpori, sed corpus per se est non intellectuale. quare a pari potuit assumi natura non intellectualis sine corpore sine ratione ad animam rationalem. ¶ Item hoc est verum in carnis ex parte naturae assumptae, quia natura assumptibilis potest in divino modo accidentis quae est tamen substantia, et quia unitas naturae non praesupponit unitatem suppositi ex parte verbi assumentis quia continet perfectiones omnium suppositorum creatorum. quare est non minus creatura intellectualis praeter id unde modo accidentis quod faciat non intellectualem; unitas naturae intellectualis praecedit unitatem suppositi sui, et verbum continet perfectiones omnium suppositorum tam intellectualium sicut et rationalium. Secundo ratio videtur quod non intellectualis sit assumptibilis. ¶ Item super Genesim 16 dicit Augustinus quod deus est potentiae naturalis et obedientialis, quare cum creatura tantum sit assumptibilis secundum potentiam obedientialem et non secundum potentiam naturalem, et secundum potentiam obedientialem omnes creaturae aequaliter se habeant ad deum, secundum quod videtur dicere Augustinus 12 c. x ubi dicit quod summus deus habet aequalem potentiam respectu omnium. Haec est sententia. quare sicut potest assumi natura rationalis ita potest assumi natura intellectualis. ¶ Hoc confirmatur per Augustinum de vera religione c. 21 dicit quod Christus non assumpsit aereum corpus ut ostenderet se visibilem, sed assumpsit verum corpus. Sed ostendere se visibilem potuisset in corpore aereo assumpto, ideo videas auctoritatem. Certum est autem quod corpus aereum est quaedam non intellectualis. quare etc. hoc ideo teneo ad praesens.

¶ Secundum vero, scilicet accipiendo talem naturam fieret communicatio ydiomatum, quod est secundum declarandum. dicunt aliqui quod non. nam sicut in triduo mortis corpus et anima fuerunt subsistentia in supposito verbi, quia numquam separata a verbo, licet enim fuerint unita, tamen non fiebat communicatio ydiomatum ut diceretur corpus est deus, anima est deus et econverso, sic in supposito non personali, dato quod lapis esset deus, per hoc fieret. non enim talis assumptio ad unam unitatem quod non essent ad invicem communicatio ydiomatum. ¶ Sed contra hoc arguo dupliciter, primo sic: quare est communicatio ydiomatum est quod duae naturae communicant in eodem supposito et unum potest denominare aliud concretive, sicut patet in istis casibus, quia enim grammatica et logica unita sunt in eodem supposito, ideo unum denominat concretive; dicimus enim quod grammaticus est logicus. quare si verbum assumeret naturam non intellectualem, cum duae naturae communicarent tunc in eodem supposito, scilicet natura divina et natura non intellectualis, sicut modo communicant natura divina et humana, eodem modo fieret ydiomatum communicatio sicut nunc, ita quod posset dici quod deus est lapis et econverso, sicut modo dicitur homo est deus et econverso. et quod possit fieri communicatio ydiomatum propter talem concretionem sive existentiam in supposito divino dicit Augustinus libro de baptismo parvulorum libro primo; dicit enim quod propter distantiam existentiae et firmitatis hominis filius hominis ambulabat in terra et filius dei manebat in caelo, propter unitatem vero personae filius dei ambulabat in terra et filius hominis manebat in caelo. ¶ Secundo de trinitate libro primo c. 16 quod talis erat unio quae hominem faceret deum et econverso. ¶ Sed quomodo non intellectualis esset assumpta ad personalitatem, quod est tertium declarandum, dico quod naturam esse perfectam respectu ad personalitatem potest intelligi dupliciter: uno modo quod sit perfecta personalitate intrinseca, et sic dico quod non intellectualis non potest assumi ad personalitatem, quia nec assumitur isto modo ad personalitatem nisi quod est aptum natum perfici naturaliter, quod non est non intellectualis, sed solum intellectualis. ¶ Alio modo comparatur ad personalitatem extrinsecam. sed tunc distinguo quia hoc potest esse dupliciter: quia aut quia ad dicitur assumi ad personalitatem extrinsecam sive extraneam quia substantiatur in alio quod est medium per quod cum sit natura intellectualis, aut quia substantiatur in per se immediate. Si primo modo intelligatur, sic dico quod non intellectualis potest dici perfecta personalitate extrinseca. potest enim sic assumi ad talem personalitatem extrinsecam ut substantietur scilicet in supposito divino cum quibus per naturam contineat virtutes omnium suppositorum creatorum. sic tamen est. ¶ Si autem intelligatur secundo modo, sic dico quod non intellectualis non potest assumi ad personalitatem extrinsecam. non enim potest substantiari naturaliter in persona divina secundum modum perfectum, sed quod persona divina non potest substantiare naturam intellectualem secundum quod habet virtutem perfectionis nisi per hoc quod continet virtutes suppositi talis naturae. creaturae continet non quibus persona divina non solum virtutes suppositorum quae sunt perfecta, et quae non sunt perfecta. sicut enim persona filii assumpsit naturam humanam ad personalitatem, quia habebat virtutem suppositi humani, non assumpsit sicut virginis, quod si diceremus substantiam naturae asini substantiaret eam non in quantum continet virtutem hominis, sed in quantum continet virtutem asini modo excessivo. et sic substantiaret naturam asini vel lapidis non in quantum continet suppositi creati virtutem quod non est perfectum. naturam autem rationalem substantiaret verbum divinum secundum modum perfectum, quia substantiat ipsam naturam humanam



secundum quod continet virtutem suppositi humani quod est perfectum, et quia iste modus ipsi rationi est proprius naturae intellectuali. ideo magis dicitur de ea quod non intellectualis non sit perfecta, sed dicitur quod sit perfecta personalitate extrinseca, quia solum substantiatur in perfecto, sed non sic perfecto modo quod non esset perfecta. ¶ Ad primum patet per dicta quod cum dicitur quod si non intellectualis esset assumpta quod esset perfecta et non perfecta, quod non concluditur. non enim sequitur: non esset perfecta personalitate propria vel intrinseca, sed extrinseca, et ideo non oportet quod esset nec intellectualis intrinsece sed extrinsece. Hoc est dicere quod non oportet ita naturam ad hoc quod esset sic perfecta esse in se intellectualem, sed solum quod substantietur in persona quae est media intellectualis, vel dicendum quod non illa non esset perfecta. Et cum dicitur quod in deo idem est suppositum et persona, dicendum quod quamvis idem sit in deo, tamen quia tamen non esset in persona nisi per modum, ideo dicitur esse ipsum absolute sicut dictum est. ¶ Ad 2m quod tunc unio caderet sub unito, dicendum quod iste modus arguendi non valet nisi quando magis et minus sunt eiusdem generis. ¶ Exemplum non valet: beatitudo est magis quam producere asinum, ergo si beatitudo cadit sub unito etiam producere asinum etc. ¶ Ad 3m de Augustino dicendum quod consequentia Augustini potest esse fortis supposito antecedente et potest esse minus fortis, potest esse isto modo. Augustinus enim vult ostendere quod non debemus desperare quin possimus frui deo vel fruemur deo. nam si filius hominis unitur deo fruitur deo, sequitur quod homo non fruitur deo, sicut sequitur homo est animal rationale ergo homo est rationalis. Si autem isto modo teneatur consequentia Augustini, tunc non valet ad propositum, quia non intellectualis non sic unitur quod possit frui sicut facit natura humana, et ideo non possumus concludere quod non intellectualis possit frui deo. Sed si ideo antecedens esset verum quod non intellectualis uniretur deo et frueretur, tunc sequeretur fortius quod non intellectualis possit frui. Sed non est sic, quia antecedens est falsum et consequens similiter est falsum. ¶ Vel potest esse consequentia bona Augustini gratia materiae non gratia formae. nam cum homo habeat potentiam intellectivam et volitivam per quas potest frui obiecto beatifico et est aptus natus ad fruitionem, ideo sequitur gratia materiae: homo iste unitur, fruitur deo, non quia unitur sed quia habet tales potentias per quas potest frui. ideo sequitur quod homo potest frui deo. sed non sequitur de intellectuali, cum talis non sit apta nata frui deo, sed sit apta nata ad unionem. ¶ Ad 4m cum dicitur elevata esse etc. dicendum quod si intelligatur de esse et potentia quod elevetur ad elevationem consimilem, sic habet veritatem. nam sicut tale esse non substantiatur propria personalitate sed personalitate divina, sic eius potentia substantificaretur in tali personalitate. ¶ Alio modo dicitur quod esse actus secundum potentiam nec proprium nec est actus potentiae, quod sic esse talis non elevaretur ad actum essendi nobilissimum in quo primo esset secundum intentionem, sed solum extrinsece. enim ipsum esse divinum est ipsius suppositi divini. sic potentia eius non elevaretur nec diceretur elevata ad actum nobilissimum in quo esset actus eius elicitive formaliter, sed tamen ipsius divini suppositi vel naturae divinae cui intrinsece est ipsum esse divinum, suus actus primus ad quod assumeretur esse. et sic diceretur quod sicut esse suum non intellectualis assumpta non haberet esse divinum intrinsece, sed solum suppositum divinum, sic diceretur quod potentia fundata in tali esse non frueretur, sed solum suppositum divinum per naturam divinam, non per talem naturam operaretur habere esse divinum. 3o dicendum sic quod quamvis ex parte agentis sint plures rationes et quidem ex parte effectus potentiae est effectum secundum unam rationem comparatum ad agens secundum aliquam rationem ex parte agentis habere proportionem, et tamen comparando effectum ad agens secundum aliam rationem suam non habebunt ad invicem proportionem agens et ipse effectus. sicut autem est in proposito. nam suppositum in quantum substantians habet proportionem ad substantiationem ipsius naturae intellectualis, quia habet rationem ipsius naturae intellectualis, quia sic possit substantiare, quia suppositum divinum continet virtutes omnium suppositorum creatorum et naturarum et per consequens habet proportionem ad substantiationem ipsarum. sed suppositum divinum comparatum ad potentiam fundatam in non intellectuali non habet proportionem in quantum beatificans, quia ut sic non habet proportionem nec ad potentiam quae est naturae intellectualis naturae et ideo non intellectualis fundata, ergo modo dicitur sic quod esse beatitudinis non elevaretur

ad actum essendi nobilissimum, quia elevaretur ad primum substantiae non in quantum habet virtutem perfectam, sed in quantum habet virtutem suppositi creati. sic tamen est supra et in non elevaretur, non deberet elevari potentia ad actum nobilissimum quae est perfectionis quantum ad secundum, et tamen suppositi creati est fruitio. ¶ Ad 2m de Augustino dicendum quod est ratio de congruo, non est impossibile assumi quod non est assumptum. vel quod non est ad virginem, vel dicendum quod non sequitur: est ad virginem, ergo est assumptibilis; si ergo non est ad virginem non est assumptibilis. immo est fallacia consequentis a destructione antecedentis. ¶ Ad 4m de Augustino dicendum quod non loquitur de potentia sed de facto per comparationem ad creaturam. dicit enim quod spiritus sanctus non assumpsit columbam ad unitatem personae. ¶ Ad 4m suppositum quod suppositum vel divina esse posset facere quaecumque facit gratia et gloria, ad hoc non sequeretur quod non assumpta a verbo frueretur eo, quod non est necesse ut esset prius in quantum beatificans, sed solum esset prius in quantum substantians. cum enim beatificet et substantiet, sunt actiones ad extra et per consequens non per unam facere in creatura non facit aliam. Eodem modo dico in proposito, quia si suppositum divinum continet perfectiones gratiae gratum facientis, non tamen oportet quod daret esse gratuitum naturae intellectuali si ipsam assumeret, cum talis natura non sit capax esse gratuiti, et ipsum ut sic continet talem perfectionem animae posset esse absens tali naturae assumptae. ¶ Ad quod dicitur quod minoris unionis quae est per gratiam non intellectualis non potest esse capax etc., dicendum quod unio per fruitionem est nobilior quam ad nobilitatem fruitionis quam sit unio solum naturae assumptae ad unitatem personae. mallem enim habere fruitionem sine unione tali personali quam talem unionem sine fruitione, dato tamen quod talis unio sit absolute maior. unde dicendum quod iste modus arguendi non valet nisi quando magis et minus sunt eiusdem rationis. ¶ Ad primum principale dicendum quod dato quod quaelibet pars lapidis sit lapis et quaelibet pars lapidis esset deus, ad hoc non sequitur quod perfectius unitur quam homo cuius quaelibet pars non est homo, et nec quaelibet pars est deus, quia hoc non est propter maiorem perfectionem unionis, immo esset hoc non causa ut causa, immo est propter modum naturae assumptae quae habet eandem denominationem in toto et in partibus. ¶ Aliter dicitur quod si quaelibet pars lapidis esset deus, quia partes non assumuntur nisi propter relationem ad totum, et ideo totum per se assumitur et non partes, et ideo diceretur quod lapis esset deus et non quaelibet pars lapidis diceretur deus. nam lapis ut est totum ultimate praeter partes lapidis, sed non ut est totum integrale eius sunt istae partes, et quaelibet pars lapidis non esset deus quia illas assumpsit, sicut non dicitur anima vel corpus sed homo. ¶ Ad 2m dicendum quod unio quae est in patria per modum perfectionis per fruitionem est maxima in nobilitate, ad quam non potest attingere non intellectualis. vel dicendum quod prima est vera de potentia naturali, non obedientiali. verum tamen est quod nobilior non habet nobiliorem potentiam naturalem ad nobiliorem perfectionem, sed non est verum de potentia obedientiali quod una creatura habeat potentiam obedientialem ad nobiliorem perfectionem quae est ex parte rei quam alia creatura, licet forte esset nobilior vel posset esse quantum est ex parte modi etc. unde quod si non intellectualis uniretur cum verbo, quod non esset a parte modi in perfecta unio sicut est naturae rationalis cum verbo, licet tamen ex parte rei scilicet ubi sit aequalis. ¶ Ad 4m quod non rationalis sic se habet ad personalitatem quod non potest esse quando habeat personalitatem vel in secundo vel in 4o etc., dicendum quod non est similis ratio, quia si non rationalis deberet assumi ad aliquam unitatem oportet sic assumi quod assumens sit sub ipsa natura assumpta, et quia non est sub ipsa natura rationali, non ideo quod est per se solum. non enim non habens personalitatem excellit naturam humanam, ideo esse non potest quando non rationalis assumpta habeat personalitatem vel in secundo vel in 4o. sed tamen sub tali natura esset ad quod non esset per se et posset ipsam assumere, tamen non haberet veritatem. non sic autem est de non intellectuali, quia cum solum suppositum divinum quod est per se habeat perfectiones et virtutes omnium suppositorum creatorum modo excessivo, et per consequens sequitur quod ipsum non intellectualem quandam modo personalitate extrinseca si potest assumi a verbo. ¶ Ut dicitur quod non est similis, quia si non rationalis assumatur ad unionem oportet quod assumens habeat rationem et virtutem suppositi, sed modo excellentiori. et haec est notatio ...

illa

personetur

habitus respectus per se sicut suum proprium suppositum. ideo potest in illo in quo fundatur. sed non erit fundamentum illo supposito quod non est per se nec obedientie in supposito divino quod sub ratione fundamentis cum habet respectum superiorum non per se quamvis in se sit per se. et ideo non potest concedi quod est predicata per se et communia. sed videtur dicendum non potest. quia non est per modum per se in per se. ¶ Ad aliud dicendum quod in unione anime esset in per se non per modum per se non esset maxima vel nobilissima. et ideo non requiritur in dispositione nobilissima. vel dicendum quod ista propositio habet veritatem quando est unio per inherentiam. et quando ipsum non est per se dispositum. sed requiritur aliquod ex parte sui propter quod disponatur. In proposito autem non esset unio per inherentiam sed per illapsum spiritualem. nec ipsa in se esset disposita immo est ipsum obedientia vel carnis ut fiat de ipsa quicquid ipse vult sine dispositione media. ¶ Ad aliud dicendum quod non esset frustra vel ipsam. nam accipit perfectionem ad potentiam obedientialem non naturalem. ¶ Patet ergo de ratione dicendum unitatis causalis est et de sua

vii perfectione quod sit in pleno dominio et libertate sue cause. Contrarium

virginis quod sicut per illapsum generalem est in omni causata sic per illapsum spiritualem tale possit esse in omni causata sive sit totalis sive inceptio.

Utrum assumpsit totum per partes vel econtrario. quod non totum per partes arguo sic. natura totalis ideo est magis assumptibilis de congruo quam inceptio. quia est ad virginem. sed totum magis est ad virginem. quare etc. probatio minoris. sed augustinus. xii. de trinitate. c. x. ideo mens est ad virginem dei quia eius capax et particeps potest esse. sed ipse homo totus sive totum compositum magis est capax dei. quia anima secundum augustinum. xii. super genesim. recapitulatur per eum in deum propter unionem vel ordinationem ad corpus. quare etc. ¶ Item si assumpsisset totum per partes tunc quot fuissent partes tot fuissent assumptiones. sed solum fuit una assumptio. quare etc. ¶ Item ista assumptio ad hoc facta est ut Christus moreretur et per mortem suam redimeret genus humanum. sed non est sic quod mors possit

respicit totum quam partes. ergo etc. ¶ Item si assumpsisset totum per partes tunc partes magis denominarent generationem assumentis quam totum. consequens est falsum. quare etc. ¶ Oppositum sic se habet assumptio partium ad assumptionem totius sicut partes ad totum. sed partes sunt priores toto. quare etc. ¶ Item ubi fuit prima unio ibi stat ultima resolutio. sed ultima resolutio stat in partibus. quare etc. ¶ Item id est prius a quo non convertitur consequentia. sed si Christus assumpsit totum. ergo assumpsit partes. et non sequitur assumpsit partes. ergo assumpsit totum. quare assumptio partium est prior. quare etc. ¶ Pro solutione videndum quomodo totum se habet ad partes puta homo ad corpus et animam. ¶ Secundo hoc supposito ostendetur propositum. ¶ Circa primum dicunt aliqui quod homo includit in se aliquid absolutum aliud a partibus ita quod addit aliquid supra partes. hoc dicit philosophus. vii. metaphysice. c. ultimo. quod dicit quod hec sillaba ab. est aliud ab. a. et. b. ¶ Item avicenna. iii. metaphysice. c. iiii. dicit quod totum est aliud a partibus. denarius est aggregatio ex decem unitatibus cum acceptis fuerint utique simul et provenit ex eis quiddam aliud ab eis quod est x. et propter hoc dicit eggidius philosophus non putetis quod iii. et iii. sint vi. sed semel vi. sunt vi. et ii. metaphysice. c. iiii. non quidem est quod non habet esse nullo modo nec est in essentia nisi per formam. forma vero est quoddam aliud ab eis quia unum non est aliud. quicumque vero neutrum eorum est. ¶ Item nulla unigenerantia potentia per se potest esse ad relationem. sed est ad absolutum aliud ab ipsis partibus. compositum enim non potest dici quod generetur per generationem partis alicuius relationis. partes autem non generantur per se sed totum sicut dicit. vii. metaphysice. propter quod sequitur quod compositum sit aliud a partibus. ¶ Sed hec est opinio contra philosophum et commentatorem. vii. physicorum. ubi habetur quod totum non est aliud quam aggregatio similium partium. ¶ Item commentator. x. politicorum. c. iii. totum nihil est aliud quam partes. ¶ Item avicenna. iii. metaphysice. c. ii. homo est anima et corpus et neutrum per se. ¶ Item commentator. iii. de trinitate. c. vi. dicit quod in uno elemento non est nisi tantum materia et forma. ¶ Item magister sententiarum libro iii. c. iii. ¶ Item augustinus de civitate dei. homo non est corpus vel anima sola. Item augustinus xiii. de trinitate. c. vi. ubi ponit de abraham et jacob.

quod fuerunt iii. homines et iiii. alia. Item damascenus libro iii. c. iii. Item in symbolo athanasii. sicut anima rationalis et caro unus est homo etc. ubi videtur quod sicut ex divinitate et humanitate non resultat aliquid tertium. sic ex anima et corpore non resultat aliquid aliud quod sit aliud ab eis. ¶ Item et si non sit contra sanctos quod aliquid sit diminutum a divinitate quod fuit assumptum est tamen quod non totaliter assumpta sit divinitas. contra damascenum libro iii. c. xxx. sed si compositum adderet aliquam formam suam aliquam absolutam super animam et corpus. illa non esset totaliter divinitas. quare etc. ¶ Item forma ultima est perfectior. sed si in homine esset forma talis esset perfectior anima intellectiva quod est impossibile cum anima intellectiva sit nobilissima forma est enim creata in ordinatione creaturarum ut scribitur ii. de causis. ¶ Item si ipsa sit necessitas quod ex unione forme cum materia resultet una alia forma distincta a forma et materia. sic eadem ratione ex unione istius forme resultantis ex prima unione materie et forme potest cum materia resultare una alia forma absoluta distincta a materia et forma. propter eandem rationem queretur de illa alia absoluta. et sic arguetur et erit processus in infinitum quod est inconveniens. hoc etiam philosophus. vii. metaphysice. ubi postquam querit de esse compositi utrum sit simplex quia esse compositi non potest esse simplex. quare oportet quod sit esse compositum. et tunc arguitur ulterius si tale esse rei composite sit aliud a partibus resultans sive consurget una alia essentia in partibus a qua essentia que non potest esse simplex per eandem rationem dictam. quia esse rei composite non potest esse simplex et per consequens erit esse compositum. et tunc eodem modo ex illa esse composito et partibus sive consurget sive fiet una alia esse compositum et arguetur sic prius et erit processus in infinitum quod est inconveniens. hoc ipse philosophus arguit idem sub aliis verbis. scilicet quod non potest esse elementum nec ex elementis. ¶ Ideo dico quod nullum reale absolutum addit totum supra partes. immo idem sunt realiter. ita quod id idem quod partes dicuntur sub indifferentia quadam videlicet nec sub actuali unione nec sub actuali separatione. dicitur ipsum totum sub actuali unione. secundum enim boetium de unitate unitate et uno. in prima unione forme cum materia causa est ipsius compositi et divisio forme a materia causa est destructionis. hoc dicit ipse similiter. non enim de ratione partis in quantum pars est res quedam est actualis unio vel actualis separatio. alias si de ratione sua esset actualis unio. tunc quando unio separata esset pars ipsa realiter non remaneret. sed si de ratione sua esset actualis separatio. tunc quando unita esset desineret esse. quod cum est esse falsum quod eadem una est pars quam pluralitatis. quod non ipsa in se non est una. quia

· una

non esset nec posset esse in pluribus. sed non est plures sive multa. quia tunc non posset salvari in uno. ¶ Dico ergo quod totum non dicitur aliud a partibus nisi quod dicitur idem sub relatione actualis unionis quod partes dicuntur non sub actuali unione vel separatione actuali. ¶ Ad primum de philosopho dicendum quod non sequitur ab est aliud ab. a. et. b. ergo est aliud absolutum. immo est sillaba communis. potest enim dici aliud quia est idem absolutum tamen cum relatione quam non dicitur primum. a. et ipsum. b. ut sic alienitas sit non ratione absoluti quod sit aliud. sed ratione relationis superaddite. ¶ Ad rationem dico quod secundum commentatorem philosophus intendit investigare materiam forme per similitudinem in artificialibus. sicut enim in artificialibus non solum requiruntur similes partes sed materia et forma. ideo cum a et b. secundum philosophum in sillaba similes in quantum nec a. est pars formalis respectu b. nec econtrario b. respectu a. In homine autem aliter dicendum quod una pars puta anima est forma respectu alterius

· et a forma

partis puta respectu corporis. non vult philosophus dicere non quod abest aliud ab. a. et. b. forma sua. sicut patet per exemplum quia domus includit tamquam partes materiales ligna et lapides tamquam formam ipsam compositionem. licet sit aliud a lignis et lapidibus sigillatim acceptis et tamen forma domus accepta sigillatim per se non tamen est aliud a lignis et lapidibus forma sua coniunctim accepta sit. eodem modo et dico de composito et corpore et anima quod est aliud a corpore per se accepto corporis et aliud ab anima intellectiva accepta



per se anima intellectiva non tamen est aliud ab utroque simul. et ideo ex hoc est ad propositum

· h quia philosophus non dicit quod absit aliud ab. a. et. b. et forma sua simul. tamen quod sit aliud ab. a. et. b. ¶ Ad aliud de avicenna dicendum quod non plus concluditur nisi quod totum sit aliud a partibus sigillatim acceptis. ¶ Ad aliud cum dicitur quod generatio terminatur ad aliquid absolutum formaliter est. sed ad realem unionem partium. quia enim homo generatur producitur unum ex compositum ex duabus partibus unitum in quo fundamentum huius relationis est anima et corpus. ¶ Ad aliud de corruptione dicendum quod hoc augustinus contra felicianum. quod sicut tenebrositas causatur ex sola carentia lucis. sic compositum corrumpitur ex sola anime separatione a corpore. ¶ Item dionysius in ecclesiastica ierarchia dicit. c. ii. quod mors non est corporis liberatio. sed destructio unitorum. dico ergo ad argumentum quod totum compositum corrumpitur et non relatio solum quia per hoc non esse partes habent esse suum. corrumpitur enim ipsum compositum et materia et forma ut sic sunt tamen ista relationis non manet. virginis enim quod sicut in productione prima hominis compositum unum generatur ex materia et forma aliquid non nisi producta. et in ultimo anima intellectiva per creationem infunditur ipsi corpori ita quod sit unum compositum unum videlicet ipse homo absque hoc quod anima prius eius capiat esse tunc per generationem eodem modo virginis quod ipsum compositum totum corrumpitur absque hoc quod aliqua pars eius capiat non esse per se communem. ¶ Secundum ad id quod implicatur de generatione dicendum quod partes non generantur per se nec ipsa relatio. sed ipsum compositum per se generatur et quod dicit philosophus de relatione dicendum quod verum est quod non potest generari per se et tamen quando autem ulterius compositum non potest esse sine relatione. ergo relatio est de compositi forma. dicendum quod non videtur illa consequentia. hoc non potest esse sine hoc. ergo est de ratione formali. sed fallitur in multis. hoc ergo supposito quod partes dicantur eadem realiter cum ipso toto. dicendum sic ad questionem quod prius assumpsit totum quam partes. quia totum est prius perfectione. et prioritas totius respectu partium est prioritas perfectionis. quia cum talis unio sit perfecta et facta propter perfectionem huius nature prius assumpsit totum quam partes. unde augustinus in epistola ad volusianum dicit in rebus mirabilibus facit. totum totum factum est propter factum. quia cum intentio dei agentis incarnationem fuit ut non totum quod fecerat redimeretur. et ideo cum ipsa redemptio totius prius respiciat quam partes prius assumpsit totum quam partes. ¶ Aliter dicendum quod est accepere partes illas per relationem ad totum. fuerunt posterius partes assumpte secundum damascenum libro iii. c. vi. ubi dicit quod assumpsit prius animam et postea corpus per animam. ¶ Item sic iudicandum est de sua assumptione. sicut de illapsu communi. sed in illapsu communi non est in quod illabitur prius dicit ab ad ipsam rem absolutam quam ad rem ut modificata est sicut prius illabitur ad esse quam ad posse. et prius ad posse quam ad operari. quare si aliquis partes dicantur eandem rem cum toto et non aliud. sicut tamen est prius etiam ipsa assumptio ad partes absolute prius quam ad partes ut unite sunt. sed ut unite sunt actualiter faciunt ipsum totum. quare etc. totum enim in eo quod dicitur ultra ipsas partes unionem actualem partium dicit rem modificatam. vel partium hoc partes dicantur eandem rem. ideo dicunt quod partes fuerunt prius secundum rationem quam compositum. secundo fuerunt partes assumpte. tertio ipsum compositum. ¶ Item quandocumque dico in aliquo prius et per se prius non potest in esse alio non per id autem prius in se. sic quod hec iii. in esse prius et per se tamen non potest in esse alio nisi sit tamen. quare si totum compositum fuit prius et per se assumptum et unitum ipsi verbo non posset aliud in esse et unio non per totum sed hoc est falsum. quia in triduo fuit et unio cum partibus et tamen tunc non fuit totum. quia non fuit homo. quare etc. ¶ Item secundum damascenum libro iii. c. iii. Christus est nec suppositum humanitatis nec unitatem. sed non est sic quod si petrus sigillatim humanam naturam in supposito destrueretur in eo natura supposita non possit dici petrus. sed si Christus non sit suppositum humanitatis natura humana prius et per se unitam et non diceret suppositum humanitatis partes prius et per se unitas cum in illo triduo non fuit homo nec per consequens non homo in triduo in eo non potuisset dici Christus. quod est contra augustinum super johannem. xvi. ubi dicit quod in triduo fuit Christus. ¶ Item si non totum fuisset prius et per se assumptum. tunc

sequeretur quod id quod esset prius et per se unitum fuisset depositum et tamen resumptum in triennio. quia in triduo homo non fuit. ideo distinguunt quod ad esse prius prius esse est tribus modis. videlicet ordinatione. perfectione. et executione. in intentione. loquendo primo et secundo videlicet de prioritate ordinationis et executionis sunt partes prius. si secundo et est sic totum prius. ¶ Ad duas primas rationes pro opinione autem dico quod tamen ostendunt quod totum fuit prius assumptum quantum ad intentionem et perfectionem. ¶ Ad primum de virgine dicendum eodem modo quod non plus concluditur nisi quod totum fuit prius assumptum videlicet quantum ad intentionem et perfectionem. vel dicendum quod id quod adducitur ad probationem in proposito non habet locum. quia anima Christi separata non retardabatur immo perfecte fruebatur. ¶ Ad secundum dicendum quod sic quod ipse partes fuerunt prius assumpte in ordinatione et relatione ad totum. ideo unitas ordinis facit quod fuit una assumptio. ¶ Vel dicendum quod quia partes non fuerunt assumpte in materia quam unite in quantum separate. et per consequens nec in quantum plures. ideo non fuerunt plures assumptiones et uniones. ¶ Ad tertium dicendum quod non est inconveniens dicere quod fuerunt plures assumptiones et uniones ad diversas partes. unde si dicit canis unum homo dicerent multi quod essent plures carnes propter rationem anime et corporis. licet esset una ordinatione quadam quod probatur ex hoc quod sic Christus in triduo deposuit totum et non partes. in deponendo potuisset unam partem non deponendo aliam quod tamen esse non posset si esset una unio unionis cum duabus partibus. ¶ Ad aliud de morte dicendum quod consequitur quantum ad intentionem non quantum ad executionem. ¶ Ad aliud dicendum quod non est inconveniens quod partes in triduo denominarent in concretione. unde augustinus super johannem omelia. dicit Christus autem Christus verbum Christus anima etc. ¶ Vel dicendum quod partes non denominarent quia non sunt assumpte nisi in relatione ad totum et sic per

· homo

fectionem secundum se. nam partes habent imperfectionem et totum perfectionem. totum enim et perfectum idem et ideo totum denominat non partes.

Utrum beata virgo concepta fuit in originali peccato quod sic. damascenus libro

M° o· ii·

iii. c. ii. spiritus sanctus purificavit eam pergratias et purgatio importat peccatum quare etc. ¶ Item augustinus libro i. de baptismo parvulorum. dicit quod solus Christus sine peccato natus fuit. idem dicit libro ii. de eodem. ¶ Item peccatum fuit obstaculum quare anima non potuit ingredi celum ante mortem Christi. sed si non habuisset peccatum beata virgo et mortua fuisset volasset ad celum ante mortem Christi. et sic non indiguisset redemptione quod est inconveniens. ¶ Item de consecratione distinctione iii. c. i. nativitatis virginis non est celebranda quia fuit concepta in peccato. ¶ Contra. nota. xi. si radix sancta et rami sancti. sed parentes beate virginis fuerunt sancti quare etc. ¶ Item autem festum conceptionis non posset celebrari quare quod connexio peccati ad sanctitatem. quare etc. ¶ Dicendum secundum aliquos quod beata virgo fuit concepta in originali peccato et in eodem instanti sanctificata tamen hoc fuit in alio et alio signo eiusdem instantis. ¶ Item quod unum potest esse in uno instanti ratione unius signi et aliud in eodem ratione alterius. ¶ Oportet sic in eodem instanti accipere plura signa in quorum uno prius esse unum esse et in alio aliud. hoc probatur per exemplum de faba obviante lapidi molari. quia tunc in eodem instanti faba accederet ad terminum et recederet. sed in alio signo instantis et in alio instantis. et sic lapis molaris quiesceret quod est impossibile. ¶ Item in eodem instanti est generatio aeris et corruptio ignis. et tamen in diversis signis secundum dicunt in proposito. ¶ Contra hoc autem sic. hoc non intelligo

alias si non accederet et recederet in eodem instanti sed malo

propter causam duplicem. primo propter causam realem. quia contradictio non potest esse in eadem mensura indivisibili propter multitudinem signorum in eodem instanti cum talis multiplicatio sit per rationem et non realis. aliter sequeretur quod nulla esset contradictio de mundo. quia possunt dicere quod unum contradictorium verificatur in eodem instanti pro uno signo et alterum pro alio signo. ¶ Item autem contra potest ad homines. ista dicunt quod actus malus in primo instanti non potest habere malum actum quia tunc haberet actum bonum. sed per istius eandem positionem dicere eadem ratione quod habuisset actum bonum in eodem instanti pro uno signo et actum malum accipiendo pro alio signo. ¶ Ex hoc quod adducitur de generatione et corruptione non valet. quia talis generatio et corruptio cum sit diversorum non est oppositorum. ¶ In proposito autem esset. quia esset generatio et corruptio

eidē pcā. Alij dicūt q̄ fuit 9cepta ī orīli pcō 7 p̄tea mūda-
ta. h̄ pȝ p aug. de 9cep. vḡi. It aug. c. d' hō. c. 16. vgo
ipā ī ūi q̄ttib3 9cepta ē. 7 ī p̄ius 9cepit eā mr̄ eī. 7 atȝo
uli pcō nata ē. It aug. de 9cep. vḡ. c. 12. h̄ ullatenꝰ
refragat̄ nr̄e corruptni ē. q̄ sc̄am de vḡie sūptū asserit
eē mūd'. q̄uis sit de massa p̄ccati. It au. de nupc.
7 9cupi d' q̄ nll'h p 9 api de viro 7 mlre sui pcō orīli. It
q̄ñ ī aco ē effectus p̄sumꝰ eā ī eo argue. s; eā mortis q̄ in
filiis bte vḡi ē pcām. q̄r 7c. Itē nō fuit scificata añ
9cepne. q̄ tē ū fuit. nc ī 9cepne. q̄ tē libido fuit. q̄r fu-
it sc̄ificata p̄t 9cepnē 7 p̄ huīt orīlem pcām. It aug. de
fide ad petrū. firmissime tene q̄ oīs q̄ nascit̄ de viro
7 mlre 9ceptus ē ī orīli pcō. Itē si ū huissꝫ pcām tē ū
īdiguissꝫ redēptōe. q̄ ē 9 aug. ī lº de p̄fatione iustic.
d' ī q̄ xc tm̄ ū īdiguit redēptōe. s; bta vgo fuit a p̄
ao. q̄r īdiguit redēptōe 7 p̄ 9ns ū fuit sn̄ pcō. Itē

d. 3.

d. 1.

d. 2.



d. 4.

d. 6.

di. no. p. e. ignorantia quia licet ex virginis sanguinibus alia pars naturae lege plasmatur est quod in instanti ratio corporis in eodem indivisibili formatum quare etc. Hec idem dicit damascenus l. 3. c. 2. simul caro simul dei caro animata rationalis fuit in instanti conceptio sanguinis in carne et ossa et formatio eiusdem et creatio animae et animatio eiusdem corporis sui unio ipsius animae ad corpus et assumptio animae et corporis sicut ita quod in ordine productionis corpus fuit productum ante animam sed in ordine unionis fuit econverso quia anima prius fuit unita verbo quam corpus modo formationis corporis dicit beda exponens l. io. quadraginta sex annis etc. quare l. Item augustinus 83. q. q. 46. docet idem. Item auicenna 2. li. sen. 13. tractatu 2. c. 2. loquitur de ista materia distinguit 3 tempora scilicet tempus formationis embrionis in utero et tempus motus et tempus nativitatis exitus ab utero. Ad primum argumentum dicendum quod debuit per omnia assimilari fratribus quantum ad ea quae requiruntur ad redemptionem nostram videlicet quod deberet verum corpus habere et veram animam quod autem fuit formatum subito hoc accidit. Ad aliud de figurato dicendum quod bene potest fieri de uno figurato in instanti aliud figuratum sicut patet exemplum de aqua existente in vase quadrato non possit generari in instanti ignis qui habet figuram sphericam. Sed contra hoc non satis facit quia adhuc oporteret quod esset expulsio corporis nec essent duo corpora simul uel ad corpus advenire in instanti et tunc est eadem difficultas et ideo p. pro ad argumentum sic secundum auctores condensatio non fit per hoc quod partes rariores solidantur sed per minimam privationem partium materiae factam oppositione dicta. Vel dicendum quod virtute divina corpus potest fieri localiter subito. Vel dicendum quod hoc potuit fieri in instanti et tamen motus non fuit in instanti in quo sicut quantitas igitur extensa quamvis raritate aeris pars tamen aer tendit ad corruptionem potest habere et habet tantam raritatem quantam habet ignis in primo instanti generationis et hoc satis est possibile immo est necessarium quod sic sit scilicet quod aer habeat tantam raritatem quae non est nullius sed accidentaliter non obstante quod sit sub forma aeris et sic non est inconsistens sed magis ad corruptionem tendens quantitatem habet igitur in primo instanti extensionem ignis dilatat se sicut patet de radio transeunte per foramen quod habet figuram foraminis sed tamen si transeat longe ultra foramen acquirit figuram propriam sibi. de quo igitur generatur in primo instanti non habet aliam formam nisi aliam raritatem quam aer ex quo generatur pars est in ultima dispositione ad formationem eodem modo de omni eo quod fit ex alio quod non habet figuram necessariam soliditatem per raritatem quam id ex quo generatur pars est in ultima dispositione. Si sic ergo patet quod non maiorem vel minorem extensionem habet materia sub forma acquirenda in primo instanti generationis quam sub forma abiicienda. forma enim adveniens praesupponit eam secum materiam extensam. Item enim quantitas praecedit formam quia agens non lenivit eam materiam per motum et per consequens non de materia nuda. Sed quantitas in esse quantitas sequitur et praesupponit formam. Sed quomodo est materia extensa ante adventum formae cum sit indivisibilis quidam dicunt quod ista dubitatio procedit ex malo intellectu ac si materia esset per se indivisibilis et postea deberet recipere extensionem cum non sit sic sed ipsa materia est extensa et ideo omne agens statim invenit eam extensam quia numquam fuit sine extensione. Ideo non solvit quia materia nihil praeter suam extensionem cum sit actus eius et ita nihil extenditur plus materia indivisibilis et tunc est eadem difficultas quomodo recipiatur in ea extensio cum divisibile non recipiatur in indivisibili. Ad hoc quidam dicunt quod est loqui de actione secundum actualem extensionem et secundum virtualem intentionem. secundum modum praesupponit naturam substantiae non autem dicendum quod quantitas est accidens extensum et extendens ut est actus extensum praesupponit naturam extensam sed ut est extendens ut sic praecedit naturam in fieri ut extensa est ut sit talis ordo. primo sit materia. secundo quantitas extendens eam. tertio materia extensa per quantitatem. quarto quantitas extensa sicut fuit in proposito quod ossa sicut caro non habent maiorem soliditatem quam sanguis tendens ad corruptionem quod patet per experimentum quia pueri habent ossa tenera ac si essent caro et postmodum ossa

solida non habent aliam figuram quam habuit sanguis. per hoc patet ad ultimum quod argumentum vel bene fuit etc. ::

Utrum beata virgo in conceptione filii sui fuerit ad cooperata active quod non. primum nulla est secundum se distincta sed non est sic. quod vir et mulier et principium naturalia plus quia cum pater sui vir sit primum actum mulieris et principium passivum. Item nulla virtus finita per coagere virtuti infinite formationis corporis christi fuit facta virtute infinita scilicet spiritus sancti. consignum quia in instanti fuit corpus christi formatum. virtus beatae virginis fuit finita quare etc. Item augustinus x. super gen. c. 20. corpus christi non fuit factum secundum seminales rationes sed non est sic secundum philosophum 2. physicorum. quod semen reducitur ad primum actum quare et non seminaliter. ergo caro christi non fuit producta secundum principium actum ex parte matris. unde ouidius hebaret quare etc. Item augustinus de verbis domini sermone 96. eadem auctoritate formatum fuit corpus christi ante deitatem et corpus christi in virginis utero. sed corpus adae fuit factum auctoritate divina sola et nulla alia quare etc. Contra potentia ueneris secundum philosophum 2. de anima et potentia activa potentia generativa quae fuit in beata virgine est vegetativa quare etc. Item violentum est id cuius principium est ab extra si ergo beata virgo non cooperabatur totum principium fuit ab extra et tunc fuit generatio violenta et per consequens non fuit mater nisi quod est absurdum. Item formae eiusdem speciei habent potentias activas eiusdem speciei. sed non est sic quod forma viri et forma mulieris sunt eiusdem speciei. quare habent potentias activas eiusdem speciei. sed potentiae activae eiusdem speciei idem facere sunt hanc idem facere. quare cum activa potentia viri agat in formatione fetus agere et per consequens mulieris potentia activa. Item experimento certum est quod in mulieribus quibusdam sine commixtione virili inventa fuerunt alia quaedam sicut in mulieribus samaritanis inventi fuerunt bufones in matricibus earum. ex hoc arguitur sic. mulier per coagere ad productionem eius quod est inaequale ut ab ea producatur. ergo multo fortius potest agere ad productionem filii cum hoc sit nobile. Respondeo quod in productione ista sive generatione hominis possumus quinque invenire. videlicet materiae administrationem. corporis formationem et plus in utero educationem et plus ex utero eductionem et quantum ad duo ultima cooperabatur beata virgo. unde ambrosius de incarnationis verbi. dicit in conceptione filii dei mixta inveniens aliud secundum nostrum ut quod fuit mater sed non ut quod peperit virgo quare in quo valde pulchre est audire. sed autem loquendo de administratione materiae. hoc potest esse dicendum uel quantum ad substantiam materiae. hoc potest esse dicendum uel quantum ad substantiam materiae et sic fuit cooperata ut dicit ambrosius in praeallegata auctoritate eo quod de materia ministravit. vel quantum ad modum administrationis et sic non fuit cooperata sed hoc totum fuit virtute spiritus sancti quia excitavit sanguinem deducendo ad certum locum quod ipsa mulier per se non potest facere nisi existente alio excitante. Si autem fiat quaestio per comparationem ad formationem corporis sic sunt duae opiniones quae recitat auicenna 2. canonis fen. capitulo de membris. de ista materia quare una est philosophi 9. de animalibus c. 14. et 16. videlicet quod mulier in tali formatione plus non cooperatur active sed tamen habet se passive in tali generatione. dicit autem generatio activa est a parte viri. semen autem viri est tamen actuum et non cadit in substantiam prolis. immo convertitur in spiritum et calorem membris quibus virtus formativa transfusa in tali semine agit in semen mulieris ad formationem fetus. sed semen mulieris se habet tamen passive et cadit in substantiam prolis et est tota substantia eius. non enim semen viri intrat substantiam et materiam ipsius fetus. sicut dictum est sed convertitur in calorem et spiritum quae postmodum actione peracta resolvuntur in cineres. et quia se passive habet determinatam convenientiam ad agens determinatum. ideo semen mulieris per actionem agit ut inveniens convenientiam in ipso seminis actum enim et passivum in naturalibus agunt et patiuntur ad invicem et per

aug. 14. l. de t. c. 16. quando in eis non erunt volubiles cogitationes. quare etc. Item quia non in habitu cognoscit infinita arguitur sic. Item agentem et formam que est ratio agendi dicitur esse eternam proportio sed cum anima sit finita habitus qui dicitur esse ratio agendi sui cognoscendi dicitur esse finitus habitus ratione finita sub ratione finita. quare etc. Hic ponitur positio opinio et hoc quod dicitur quod non cognoscit anima christi quecumque verbum potest. arguitur istam opinionem 3. sunt declaranda. quorum unum est ex parte anime quod in ea est duplex potentia ad scientiam scilicet naturalis et spiritualis. sive obedientialis et quod tendit ad actum naturalem primum per agentem naturalem. potentia obedientialis forte est solum in anima ad donum sapientie et scientie quod quidem datur a solo deo infunditur. sic in mundo corpore est duplex potentia ad formam scilicet naturalis et obedientialis. secundum est ex parte verbi per quod enim verbum voluit unire sibi talem naturam humanam ut esset capax eius et ultra omnem creaturam per dona gratuita recepit illimitata fuit quod sed dicitur quod omnia gratuita que potest dare et ipse potest recipere. Tertium declarandum est ex parte scientie quod que media inter animam et verbum scilicet quod est duplex scientia in deo. una que dicitur esse visionis et alia que dicitur esse scientia simplicis intelligentie. dicitur autem esse scientia visionis respectu eorum que fuerunt esse in preterito vel habent nunc esse in presenti vel habebunt in futuro existentiam realem extra mentem divinam et esse distinctum extra mentem divinam et esse distinctum extra ipsum videntem. Scientia vero simplicis intelligentie est respectu eorum que possibilia sunt non tamen sunt distincta sunt nec erunt aliquando extra mentem divinam in actu ex quibus ... sequuntur duo. quorum unum est quod scientia visionis includitur sub scientia simplicis intelligentie et ad plus se extendit quia scit deus scientia visionis scit scientia simplicis intelligentie et non convertitur quia scientia simplicis intelligentie se habet in plus quam scientia visionis. Aliud est quod scientia visionis habet pro obiecto ens reale. scientia vero simplicis intelligentie ens possibile. videtur autem distinguuntur quando aliquid esse possibile potest intelligi dupliciter vel dicitur possibile per comparationem ad potentiam creatam vel per comparationem ad potentiam increatam. sic enim aliquid sunt que deus potest facere que nunquam fuerunt fient in actu. sic et multa sunt que potest creatura facere que nunquam fient in actu. Si igitur fiat questio de scientia visionis. sic dicitur quod anima christi scit omnia que verbum scit scientia visionis eo quod talia sunt finita et finita possunt sciri a virtute finita. Si autem fiat questio de scientia simplicis intelligentie sicut quod transit super possibilia creata a potentia creata. sic dicitur quod non. quia tunc cognosceret omnia que verbum et per consequens comprehenderet verbum quod est impossibile omnibus creaturis. Si autem fiat questio de scientia simplicis intelligentie per comparationem ad possibilia creata a potentia creata. sic dicitur quod potest. nam anima christi potest comprehendere totam potentiam creature et per consequens omnia ad que se extendit talis potentia. Contra primum membrum quod dicitur quod scit omnia que scit verbum scientia visionis arguitur sic. ex quo anime beate stabunt in eternum habebunt actus infinitos unum scilicet post alium et eodem modo anime dampnate in inferno habebunt cogitationes et affectiones infinitas. respondeo quod cognitionum infinitarum multiplicabilium potentia sub eos quod dicitur habere scientiam visionis. 1. p. q. 14. ar. 10. utrum deus sciat infinita. Ex hoc sic arguitur. maioris virtutis est comprehendere posse in tantum quod in duo et in duplum quam in tantum. quare si anima christi sciret omnes tales actus sic infinitum multiplicabiles. anima christi sciret infinita et per consequens haberet virtutem infinitam. consequens falsum. quare etc. Item accipio animam christi cum illius et superillius. aliter habens potentiam finitam et est virtutis finite et per consequens habet scientiam per actum finitum circumscriptam tamen adequantem totam illam potentiam. sed actus finitus non potest transire nisi super obiecta determinata. quare cum talia scilicet que scit scientia visionis sint infinita et habeant quandam infinitatem. anima christi non potuit omnia scire. Ex quo enim non potest habere nisi actum finitum secundum proportionem ad virtutem suam et actus finitus non possit transire super tot obiecta puta super mille quod non potest super plura transire sequitur quod anima christi non potest scire omnia que scit verbum scientia visionis. Hoc confirmatur per commentatorem 8. phisicorum c. 62. dicentem quod formaque libet determinata est magnitudine et potentie. sed dicitur quod a ... actus eius ... propter ... quantum de

et qualitate. Item dicitur commentator 2. de celo et mundo. c. 3. ubi dicitur quod omnis motus sui nullus sui totius terminatur et velocitate et tarditate. ex hoc accipitur quod omnis virtus creata est finita et sic quod omnis actus creature est finitus et limitatus. Item contra hoc quod dicitur quod si cognosceret omnia que verbum tunc comprehenderet verbum. anima christi videt divinam essentiam sub ratione unius ydee. adhuc non comprehendit illam ydeam cum ratione quare non videt totam quantum visibilis quia eadem ratione si videret divinam essentiam sub omnibus ydeis et ydealibus rationibus adhuc non comprehenderet divinam essentiam suum verbum. quia non videret quantum omnes rationes ydeales quantum sunt visibiles eorum intensive. et ideo propter istam rationem non negarem istam partem. Item contra quod dicitur quod cognosceret possibilia que fieri possunt a creatura. arguitur sic. talia possibilia existunt in potentia creature sunt infinita. sed virtus non est infinita sic est virtus anime christi non potest extendere se ad infinita cum solum possit habere actum finitum qui requirit obiecta certa et non infinita. quare etc. Alia opinio est quod cognoscit omnia que sunt possibilia et omnia que cognoscit verbum scientia simplicis intelligentie ut notum est et non solum ista que cognoscit scientia visionis et sic cognoscit quod non cognoscit omnia in actu sed in habitu velud in quadam specie quod habitus se extendit ad omnia possibilia et habet infinitos respectus in potentia ad talia obiecta possibilia et distinguit ulterius quod esse in potentia ad infinita potest esse tribus modis. vel in potentia essentie vel in potentia accidentis. vel in potentia actus continuitatis scilicet cum actu. Item primum esse in potentia ad infinita non repugnat creature sicut patet quod materia est in potentia ad infinitas formas individuales. Item secundum non repugnat creature esse in potentia accidentis ad infinitum. applicatur hec potentia accidentalis quando est respectu unius ... et respectu omnium accidentium sed quomodo habet attributionem ad ... unum per ... sub ratione qua introducitur exemplum de habitu mentis quod considerat ipsam sciam per respectum se sicut accidens vel ipsum ens inquantum se potest extendere ad infinita etiam in potentia ex quo enim ens inquantum ens est de consideratione mentis que etiam quamlibet modo possunt cadere sub consideratione intellectus habitus. non obstante quod talis habitus sit unus habitus numero. esse autem in potentia actualem sive continuitatis actum ad infinita repugnat creature. contra istam opinionem in a quantum vide est melius determinata ... opinione istam arguitur sic. primo fuit argutum in ... libro de ... anima quod nulla creatura limitata finita possit repraesentare infinita. nam hoc est unum in habitibus maioris virtutis est repraesentare et intelligere in 3. quam in duo. et 4. quam in 3. et loquitur hec de obiectis formaliter distinctis. sed repraesentare infinita formaliter divisa concludit potentiam infinitam sui virtute infinitam in habitu. sicut patet de geometrica cognoscente 2. libro. 3. generes species ... quod arguunt in eo intellectore habitum. Item non est contra rationem actus quod tendat suum attingat infinitum et tamen est contra rationem habitus habitus vel speciei quod possit repraesentare infinita secundum opinantes hodie. Ex hoc sic arguitur. ex quo non est contra rationem actus quod attingat infinitum magis videtur posse competere alicui actui quod contingat infinitum sub rationibus infinitis quam habitus. sed primum non concedo videtur quod actus possit attingere infinitum sub rationibus infinitis actus inquantum unus numero. quare non dicitur concedi quod vel habitus numero possit repraesentare infinitum sub rationibus infinitis. Item si talis habitus haberet infinitos respectus cum scientia per se refertur ad scibile essent in tali habitu infinite rationes reales in actu quod est impossibile infinita abstracta poni in actu et hoc propter infinitatem. Ad hoc tamen dicitur quod non est impossibile in actu esse infinitas rationes in habitu si non quantum referuntur ad ipsum sint infinita. exemplum de uno ligno quod potest esse equale infinitis lignis vel maius vel minus. Si enim accipiatur lignum bipedale quod est maius ligno pedali et quod tale lignum pedale potest dividi in infinitum et hoc potest illud lignum bipedale ad omnia ligna pedalia divisa ex ligno pedali sive ad partes illius ligni habere infinitas relationes maioris. Ad idem vero quod obicitur de habitu mediatorum quod se extendat ad infinita dicitur quod non extendit se directe nisi ad species. species autem sunt finite secundum philosophum. indirecte tamen et quasi per accidens se extendit ad individua que sunt infinita. philosophus enim in libro de animalibus probat quod non est abire in infinitum in speciebus. non sunt infinite species. preterea dato quod essent infinite species possibiles dicerentur



quod nullus habitus acquisitus mediatorum in anima aliquis adhuc se extenderet ad infinitas species cognoscendas. sed species habitum illum sunt species magis intellectum in virtute adhuc quod possit extendere se ad species plures formaliter distinctas. Item ad quod dicitur quod ipsa anima christi novit omnia que verbum habitualiter et tamen non omni habitu quo verbum exprimit anime christi quecumque exprimere potest non omni occultatione. hec confirmatur per primum dictum. 6. sententiarum. p. e. c. 2. omnia que immo sunt preterita et presentia etc. Ioannes anima christi capit capax secundum suam voluntatem nec 3. nec 2. nec istud vel illud per suam voluntatem et possibilitatem ad modum quod si in speculo aliquo relucerent .20. species aliquis videntium quod videns non possit secundum suam totam capacitatem capere nisi 10. possit tamen videre si esset agens voluntarium videre nec 2. nec 3. vel 4. per voluntatem suam. eodem modo anima christi ex quo non potest omnia simul capere que verbum exprimit simul potest capere et videre nec istud nec illud determinatum congruum seu conveniens que potest non vult in actu cum pro tempore considerare. a nunc plus requirit ex quo ipsum verbum divinum exprimeret obiectum plures ipsi anime christi non quod sit anima actum eliciens et lumen glorie disponens et elevans. quod enim in actu nichil intelligendi requiritur anima actum eliciens et lumen intellectus agentis disponens et ulterius tale lumen habitus aliquis habilitans et facultans et inclinans. hoc est ex ipsa ratione luminis intellectus agentis quod non potest sibi dispositionem et facultatem ad actum. lumen autem glorie per suam perfectionem potest sibi utrumque facere in anima christi quod facit lumen naturale et habitum alium cum luce nichil ad eliciendum actum naturale. Contra autem non debeat aliquis habitus poni sed solum lumen ideo est tale. sic enim ex parte gratie ponimus in christo gratiam nominatam et minime nobilissimo. sic ex parte scientie anime christi ponimus eam minime nobilissimo. sed modo est nobilius quod fiat tamen lumine quam quod fiat per habitum simul cum luce ex quo potest in bono fieri per lumen solum. quare habitus non debet poni cum lumen glorie possit facere quecumque in actu nichil facit lumen naturale et habitus simul cum tali luce. Contra autem dixi quod anima christi potest videre nec istud nec illud per suam voluntatem in verbo quod sibi exprimente. hoc dicitur intellectum per comparationem ad actum non stante. nam anima christi habet unum actum beatificum continuum sine esse et continue divinam quod actus semper stat et manet et et habet unum alium actum non semper stantem et est actus qui transit super esse divinam non abstracte sed contente sicut ea que relucent in esse divina et loco de actu isto secundo non manente secundum virtutem habet quod dictum est. Ad primum dicendum quod non oportet quod qui maius et minus sunt eiusdem rationis et proportionis in comparatione ad 3. unum non valet. oculus potest videre lumen quod maius est. igitur potest videre tenebram que minus est. In proposito autem licet esse divina sit maius quam ea que relucent in ea tamen quia est per modum unius habet proportionem quandam ad intellectum creatum. Ista autem que relucent in ea non se habent per modum unius sed per modum infinitorum et per consequens non habent proportionem ad intellectum creatum. Ad 2. dicendum quod ratio salvatoris tenet ratione essentie in qua unum sunt pater et filius et in ratione relationis quia enim cognoscit patrem in quantum pater est cognoscit filium cum filius referatur ad patrem et pater ad filium cognitio enim uno relativorum cognoscitur et reliquum. In proposito autem de ydeis non valet. quia licet sint unum in ratione essentie. tamen una ydea non refertur ad aliam. sed ydea refertur ad ydeatum. ideo cognita una ydea non cognoscitur alia ydea. sed ydea forte si cognoscitur ydeatum suum cognoscatur. Ad 3. dicendum quod non intendit plus dicere nisi quod 1a trinitas non est christi homini excellentior. Sumptum tamen videtur quod ipse intendit hoc vel quod sic trinitas non est persone et non alia tamen humanitas christi unita quomodo sit unita non est persone et non alia. quia nichil creare. Ad 4. dicendum quod anima christi ratione humanitatis non se extendit ad infinita sed hec est solum ratione unionis cum persona divina. nam sic unita suffit ad satisfaciendum per infinitis peccatis infinitorum hominum.

Mo. 32. Utrum in anima christi fuerit simul dolor et gaudium. quod non. quia perfecte beatus non potest recipere dolorem in se. quia non esset eque beatus cum haberet dolorem et cum non haberet dolorem. sed christus fuit eque beatus. quare etc. Item hugo de sacramentis. l. 2. p. 1. c. 6. dicit anima christi tantum in sensu carnis patiebatur.

Item dolor et gaudium ex quo sunt abinvicem contraria ex genere ex quo sunt contrarie cause ornantur sunt contraria. exemplum de albo et nigro que sunt contraria ex quibus causis contrarie ornantur. sed contraria non possunt simul esse secundum aliquid. dicente in predicamentis. que est distinctio opposito rum que convenit omnibus oppositis secundum boetium exponentem aristotelem. quod mutuo se expellunt. quare cum distinctum non possunt esse sine distinctione. non in idem possunt facere. quare etc. Item 2. metaphysice. sicut est impossibile contradictoria esse simul et contraria. sed contradictoria non possunt simul. quare etc. Item commentator 2. de anima. c. 2. cum fine dicit contraria non possunt simul. quare etc. Item quod non est possibile contraria simul in esse secundum partem individualem. Item impossibile est cor simul dilatari et constringi. sed ex gaudio se dilatat ex dolore constringitur. ideo etc. Item 2. ethicorum. delectatio fortiter expellit tristitiam etc. Item 9. ethicorum. c. 4. non est possibile aliquem simul tristari et delectari. ideo etc. Item sicut gloriosum et non gloriosum ad corpus sic dolor et gaudium ad animam. sed corpus non potest simul esse gloriosum et non gloriosum. quare etc. Item maior est colligantia virium spiritualium cum anima intellectiva quod sit corporis cum viribus spiritualibus. sed patiente corpore dolori aliquo statim est sensus doloris in anima spirituali. quare etc. Item christus ideo assumpsit nostros defectus ut nos redimeret. sed nunc est sic quod peccatum et delectatio consumata in adam fuit in portione superiori. quare ratio dolor in christo satisfacere debuit esse in parte superiori. Ad quod ista questio respondendo secundum auctores quod christus solum secundum animam spiritualem habuit verum dolorem et non gaudium. et secundum animam intellectivam verum gaudium et non dolorem. quod sic ostenditur. dolor non est aliud quam passio quedam sive motus appetitive partis. motus autem appetitive partis causatur ex apprehensione boni vel mali. et talis passio habet et siquidem sit ex apprehensione boni non est dolor sed gaudium. Si autem sit ex apprehensione mali hoc potest esse dupliciter scilicet vel mali presentis et tunc est dolor. vel mali futuri et sic est timor. apprehensio autem dupliciter est. vel secundum vires interiores vel exteriores. et maxime illa que est secundum tactum que est que est fortius in dolore. requiruntur enim ad dolorem duo. unum tamquam in materia. videlicet passio illata et aliud tamquam formale scilicet perceptio secundum tactum est enim dolor sensus divisionis. sic dicit augustinus 2. de libero arbitrio. c. 8. et damascenus. l. 3. c. 21. et philosophus 3. topicorum. cum igitur passus fuit secundum locum passiva maxime in quo viget sensus tactus sicut in manibus et pedibus ubi sunt loca nervosa scilicet quod christus maxime doluit secundum animam spiritualem. maxime secundum potentiam tactivam. non tamen patiebatur nec fuit passus dolorem secundum animam intellectivam quia in parte intellectiva erat plenitudo divinitatis et gaudii. talis autem plenitudo non permittebat eum aliquem dolorem sentire nec habere. hoc confirmatur per cesarium. di. 8. ubi dicit quod sicut quod si dampnati qui sunt in inferno haberent visionem divinitatis non sentirent aliquem dolorem et quod essent beati. talis est sententia. Item hoc habetur a rabi moyse in 9. ubi reddit rationem quomodo sancti martyres potuerunt sustinere tam inexcogitata tormenta. dicit quod hoc erat propter hoc quod aspirabant ad bonum eternum et ponit in exemplum de pugnantibus propter appetitum victorie qui quamdiu pugnant non sentiunt dolorem dum actu bellant. licet postmodum sentiant. hoc idem videtur dicere philosophus 3. ethicorum. c. 9. ubi dicit quod multum gauderent nec tamen discernunt. licet autem hoc videatur bernardus contra videtur esse contra damascenum. l. 3. c. 1. ubi sic habetur quod christus habuit mestam intelligentiam. intelligentiam autem pertinet ad partem intellectivam et distinguitur contra spiritualem. Item per rationem arguitur sic. anima mors christi fuit naturalis autem violenta non naturalis. quare tunc fuisset christi mors in eodem omnino in quo mors est et occasus sicut non fuisset sed ad casum passio illata quod ... est. igitur oportuit quod fuit violenta. sed omne violentum est nichil conferens. quare cum non solum fuit violenta per comparationem ad animam spiritualem sed in per comparationem ad animam intellectivam que violenter fuit separata. igitur in anima intellectiva que violenter fuit separata fuit aliqua tristitia. Item dicitur anima intellectiva dicitur potest considerari uno modo inquantum est. alio modo inquantum potentia. anima inquantum est habuit verum dolorem et patiebatur. inquantum vero potentia non patiebatur nec habuit dolorem. Exemplum ad hoc

potentia de virtute sensitiva visiva quae fundatur in virtute sensitiva tactiva et potest pati a tangibili sed non proprie tamen sic fundatur in virtute tactiva ut si quis patiatur secundum visum et non patiatur ab obiecto visibili tamen potest. ¶ Si igitur haec arguitur sic: secundum istos non fuit dolor in potentia quia fuit in ea gaudium. et ergo tale gaudium in potentia non aliter in potentia quam redundaret in naturam animae. sequitur quod in anima ut non esset sic dolor per potentiam et gaudium per redundantiam. et sic iam dicitur in id quod creditur veritate videlicet quod in eodem sit simul dolor et gaudium.

¶ Item adhuc potentia dolori in Christo quae per illum debuit mereri. sed non est sic quod minimum non est in anima ut non est. immo magis respicit ipsam potentiam cum sit a non deliberante et deliberatio respiciat potentiam. quare etc. ¶ Item in Christo fuit virtus operativus. sed non est sic quod virtus sit habitus respiciens potentiam. quare etc.

¶ Item maior est colligantia animae ut non est ad se ipsam ut ratio sive ut potentia est quam sit virtutum sensitivarum ad ipsam animam ut non est. sed ergo propter talem colligantiam factum passive in virtutibus sensitivis patiebatur anima ut non secundum quod patiente anima ut non quod patiatur anima ipsa ut potentia sive ut ratio superior. Ideo propter ista volo dicere ad quaestionem sic quod anima potest considerari ut natura est et sic dico quod patiebatur non potentia quod anima intellectiva et sensitiva sit fundata in eadem re. ideo si sensitiva patiebatur utraque et intellectiva. ¶ Secundo modo potest considerari ut ratio inferior est et sic dico quod habuit unum dolorem quia ratio inferior respicit obiectum temporale et ideo ex quo inferebatur sibi pena quam patiebatur. ideo in parte inferiori habuit unum dolorem. ¶ Tertio modo potest considerari ut ratio superior est et quia rationis superioris est tendere in deum ex ista autem tendentia non potuit habere dolorem aliquem sed gaudium non forte dicatur dampnum propter actionis quae fiebat in quo fundatur ipsa ratio superior patiebatur. sed hoc est propter dampnum quia tamen possibile cum gaudium et dolor sit in eadem anima quod gaudium habet dolorem propter dampnum quia gaudium et dolor fundatur in eadem anima. ut sic sit iste ordo in Christo quod primo fuit dolor in toto composito ex corpore et anima sensitiva et intellectiva. secundo in ipsa sensitiva. tertio in ipsa anima intellectiva ut natura est. Ex parte gaudii fuit econverso quia primo fuit in ratione superiori. secundo in ipsa anima ut natura est. et tertio fuit gaudium in toto composito. dolor autem et gaudium in Christo simul potuerunt esse bene quia non habent contrarietatem ad invicem. nam in contrariis contrarietas ab aliis secundum modum eorum accipiendus est modus essendi. ¶ Exemplum quia album et nigrum perfecte contrariantur et eorum causae contrariantur puta calidum et frigidum. sed hoc non potest reperiri in proposito. quia causa gaudii in Christo erat esse divinum. causa doloris autem spirituale et temporale quod non contrariatur esse divino. quare etc. ¶ Item aliqua sunt contraria quae ex rebus propriis et absolutis habent contrarietatem ut album et nigrum. aliqua sunt contraria solum ex relatione ad aliquid. sic albatio et denigratio dicuntur contraria quae sunt ad terminos contrarios. sed non est sic quod in talibus contrariis quae solum sumuntur ex relatione ad aliquid quod si causae in quarum relatione dicuntur habere contrarietatem non sunt contraria quod ipsa non sunt contraria. Exemplum si album et nigrum non essent contraria. dealbatio et nigratio quae solum habent contrarietatem ex relatione ad album et nigrum non essent contraria. Cum igitur dolor et gaudium solum habeant contrarietatem ex relatione ad aliquid cum sit motus quidam et passiones quae habent contrarietatem ex relatione ad aliquid et gaudium et dolor in Christo accipiantur ex relatione ad id quod inter se non contrariantur. sic gaudium ex relatione ad esse divinum. dolor ex relatione ad aliquid temporale quod divino esse nullo modo contrariatur. ideo gaudium et dolor in Christo non contrariantur. et ideo sic dico unum et idem simul et semel moveri ad unam partem per se et moveri ad aliam partem per accidens. sicut patet de homine moto in navi contra motum navis. sic dico quod in Christo fuit dolor per accidens in quantum anima coniungitur corpori et fuit gaudium per se in quantum fuit de ratione superiori cuius per se est tendere in deum ex quo tendens gaudebat. et in gaudium et dolor fuerunt in Christo secundum diversas facies.

¶ Illi quod dicunt quod in Christo non fuit dolor secundum animam intellectivam. Respondent ad argumenta leviter. ¶ Ad primum quod dicitur de colligantia dicendum quod bene concedo quod sic fuisset ex parte naturae sibi relictae. In Christo autem ipse non animae intellectivae ipsi Christo fuit concupiscentia gaudio unde quod potentia omnino non potuit secundum intellectivam ubi erat plenitudo et fons totius gaudii. ¶ Ad secundum de peccato in adam quod in superiori portione rationis fuit dicendum quod non oportet quod ibi satisfactio fuit in eadem parte in qua aliquis deliquit. et maxime qualiter satisfacit per eo. Peccat enim homo in interioribus et satisfacit per exteriora. ¶ Ad primum principale contrarium ad aliam partem dicendum quod verum est quod non causaretur bene si dolor adveniens diminueret ad dolorem bene tamen in proposito autem non diminuit. ¶ Ad quartum de hugone dicendum quod per nobis est quaedam proximo quod in superiori ratione non fuit dolor per se et hoc ut est intentio hugonis. ¶ Vel aliter dicitur potest quod non fuit dolor contrariis si solum tangens. ¶ Ad quintum de contrarietate dicunt aliqui quod dolor et gaudium sunt semper contraria vel quocumque accipiatur. hoc probatur per rationem aristotelis in predicamentis capitulo de quantitate. facit enim tale argumentum si parvum et magnum sunt contraria. cum secundum quod eidem unum et idem possit esse respectu unius parvum et respectu alterius magnum. quod in eodem contraria erunt simul et semel. sed argumentum non valet nisi illa quae secundum se sunt contraria in quocumque ratione essent contraria. quare eadem ratione si dolor et gaudium absolute supra sunt contraria per comparationem ad quemcumque semper erunt contraria. sicut philosophus concludit quod quia magnum et parvum sunt per se contraria quod per comparationem ad aliquid semper sunt contraria. ¶ Item hoc probatur per ambrosium de incarnatione ubi quidem dicitur quod vestitus dispar non facit dispositionem. ergo ex hoc accipitur quod oportet non variatum fuisse non mutatum naturam. ergo si dolor et gaudium sunt secundum se contraria variatum semper erunt contraria. ¶ Item habetur genesis de ysaac quod gaudium quod habuit de uxore temperavit dolorem quem habuit de sarra matre sua mortua. et tamen certum est quod gaudium primum et dolor secundum fuerunt de alio et alio. Ideo certum quod dicitur potest in aliquo facere simul et semel contraria secundum suas excellentias sicut est in corporibus dampnatorum summa caliditas et summa frigiditas. Hic dicit una glossa super iob capitulo 9. in ecclesiasticus Fletus et stridor dentium. et in alia glossa sapientiae 11. ¶ Item hoc probatur ratione. forma habens contrarietatem duo facit. unum est quod qualificat subiectum et aliud quod expellit proprium oppositum. qualificare autem subiectum et expellere oppositum sunt duo in ipsa forma. ergo potest deus non influere ut expellat contrarium ex quo est aliud expellere oppositum et qualificare subiectum. sic video quod ex parte corporis duo sunt. unum est quod habet extensionem et aliud est quod expellat aliud corpus. et potest deus influere ad hoc quod corpus habeat extensionem non influere ad hoc quod expellat aliud corpus. sic quod faciat corpus gloriosum esse simul cum non glorioso. quare si potest esse qualificans subiectum et non expellens oppositum sequitur quod duo contraria possunt simul esse in eodem.

¶ Item contraria possunt simul esse in eodem citra suas excellentias. sicut videtur dicere commentator 2. metheororum capitulo de generatione. et hoc probatur exemplo cum aqua frigida ignis imprimit aliquam caliditatem stantem simul cum frigiditate. ex hoc sic arguitur. sicut gradus caliditatis potest stare cum gradu frigiditatis aliquo gradu quod maximus est ex parte speciei et essentiae caliditatis non repugnat nec implicat contradictionem quod simul sit cum frigiditate. aliter si repugnaret cum tali gradu salvetur ratio speciei caliditatis talis gradus non possit esse cum alio gradu frigiditatis ubi esset ubi sibi non repugnat caliditas. sic unus gradus caliditatis potest simul esse cum alio gradu frigiditatis in caliditate in summo poterit esse cum frigiditate in summo sine implicatione contradictionis. non plus enim calidum in summo excluditur frigidum in summo quam faciat gradus ad gradus frigiditatis gradum aliquem caliditas non maiorem habent repugnantiam. immo secundum proportionem habent equalem repugnantiam sicut extrema habent repugnantiam. sicut enim calidum in summo includit non frigiditatem in summo sic calidum in tali gradu determinato includit non frigidum in gradu alio determinato. quare etc. ¶ Ad probationem autem intellectus predictae rationis fuit adducta auctoritas commentatoris 3. celi et mundi capitulo 6. et 8. ubi docet quomodo elementa maneant in mixto secundum suas qualitates quae sunt contraria citra suas excellentias. patet de commentatore 2. celi et mundi capitulo 28 et 26. ¶ Item de generatione et corruptione. super primum de elementis etc. ubi dicitur quod mixtum est calidum et frigidum. ¶ Item probatur eadem minor per rationem sic. cum ex aqua fit ignis tunc quaeritur aut quando ignis imprimit primo caliditatem in aqua corrumpitur tota frigiditas aquae et nova forma totaliter inducatur aut remanet aliqua pars frigiditatis quae prius fuit cum caliditate ipsa ab igne primum. non potest dari primum quia tota frigiditas in primo instanti facta ab igne corrumpitur. certum est quia tunc in ipso primo instanti igitur forma substantialis aquae corrumperetur si sua propria passio scilicet frigiditas tota tolleretur. quare oportet dare secundum quod frigiditas stetit cum caliditate ab igne primo impressa. et sic probata est minor et per consequens sequitur conclusio principalis. ¶ Item suppono primo quod dicitur potest deus quod non implicat contradictionem. secundo suppono quod contradictio est respectu eiusdem et secundum idem ut sit eadem conditio negata quae prius fuit affirmata. ¶ Tertio suppono quod in materia est alia et alia potentia ad aliam et aliam formam specialem et specificam. hoc tertium supponitur probatur per auctoritatem commentatoris metaphysicae quia dicitur quod numerus potentiarum est secundum numerum specierum. philosophus in dicitur 3. physicorum quod posse sanari et posse egrotari est aliud posse. sicut sanitas est aliud ab egritudine. secundo probatur per rationem. quia nunc eidem est perfectum per unam formam secundum unam potentiam adhuc est in potentia ad aliam. Exemplum cum aliquid est actu calidum est in potentia ad frigiditatem. quare alia est potentia ad frigiditatem quam ad caliditatem cum una sit perfecta et alia remaneat imperfecta. ¶ His suppositis sic arguitur contrarium. unum quod est in subiecto non est ei per eandem potentiam sicut per eandem potentiam secundum quam in est aliud. ut puta album non est per eandem potentiam per quam est nigrum. sed ad hoc quod aliqua sit contradictio oportet quod insit eidem secundum idem. quia non album secundum quod includitur in nigro quod est contrarium albo et album tamen ab eodem subiecto respectu eiusdem sibi non sunt contradictoria. quia non insunt per eandem potentiam. cum igitur ut dicitur (?) aliquid non obstet quin contraria possunt esse simul in eodem subiecto non contradictio implicata in contrariis. nam potest deus facere simul duo contradictoria esse in eodem. et hoc ut probatum est non obstat quod unum contradictorium secundum quod includitur in alio contrario non opponitur contradictorie. Exemplum non album sumptum absolute opponitur contradictorie albo. sed non album sumptum secundum quod includitur in nigro non opponitur contradictorie albo. quare etc. ¶ Item non (?) quod si contraria non possunt simul esse. quia ad hoc sequitur contradictoria simul in eodem quod et potentia formis disparatis esse in eodem ad hoc sequitur contradictoria simul esse in eodem. ut si dicatur quod ad potentiam formarum disparatarum simul in eodem non sequitur positio contradictoriorum. quia ut sic non sunt contradictoria. eodem modo etiam dicere quod ad potentiam contrariorum in eodem non sequitur positio contradictoriorum. quia ut sic assumpta non sunt contradictoria. sed non propter hoc negatur contraria esse in eodem. non quia ad hoc sequitur positio contradictoriorum. quare etc. probo maiorem per hoc quod in eadem anima musica et grammatica sunt quae sunt formae disparatae et per hoc musica et non musica opponuntur contradictorie. Ex hoc sic arguitur. aut de grammatica quae est in anima vel est musica pure musica aut non musica secundum quod opposito contradictorie musice non est dare medium. quia sunt contradictoria. non autem est dicere quod predicetur musica. quia grammatica non est musica. ergo oportet dicere quod predicetur non musica secundum quod opposito contradictorie musice. et per consequens sequitur quod in eadem anima sunt contradictoria scilicet musica posita et non musica tamen dicitur de grammatica quae est in eadem anima. quare etc. Si autem dicatur quod non musica non opposito contradictorie musice quae est in anima tamen dicitur de grammatica quae est in eadem anima. eodem modo dicetur ex parte ista quod non calidum secundum quod dicitur de frigido non opposito contradictorie calido in eodem subiecto sint receptae. et sic sine implicatione contradictionis idem simul et semel poterit esse calidum summe et summe frigidum. ¶ Ad hoc igitur quod dicitur potest facere contraria simul in eodem subiecto sicut forte iam factum est in dampnatis. ¶ Hoc etiam videtur esse rabi c. 8. ubi dicitur sic quod coniunctio contrariorum in eodem subiecto est unum de impossibilibus quae creator non potest facere. sicut non potest coniunctionem subiecti in accidentibus non esse et numerum in materia incorporea. ¶ Tamen dicendum est quod negandum est in hoc et non tenendum. quia in ipse dicit quod est impossibile creatori subiectum coniunctione in accidentibus etc. et tamen fidem est secundum doctrinam catholicam. ¶ Ad argumentum de libro predicamentorum dicendum quod non est differentia oppositorum. sed quaedam descriptio secundum ordinem naturalem quam modo est.

¶ Ad aliud de aristotele 2. metheororum commentatoris dicendum quod ad contraria non sequitur contradictio formaliter. sed tamen gradus materiae. et secundum ordinem naturalem quae modo currit. et ideo quia non est unum formaliter ideo dicitur potest facere. Exemplum secundum ordinem naturalem quae modo currit unum corpus expellit aliud et includit contradictionem quod duo corpora sint simul in eodem sed viam aristotelis. si enim est hoc corpus in hoc loco puta a. cum expellat b. non est in eodem loco a et b secundum viam aristotelis. et quia contradictio solum sequitur materialiter et non formaliter dicitur potest facere duo corpora simul sine contradictione. si autem sequeretur formaliter dicitur non posset facere nec mutare. ¶ Ad quartum dicendum quod locus secundum aristotelem nec quomodo est et ideo non debet cogere quia idem dicit de duobus corporibus quod non possit facere deus simul esse. ¶ Ad aliud de dilatatione dicendum quod non est ad propositum. quia dilatatio cordis respicit gaudium corporale. In proposito autem fuit gaudium spirituale in superiori portione rationis sine redundantia ad corpus. vel ad vires corporales. ¶ Vel aliter potest dici quod gaudium et dolor possunt se per se habere quando simul sunt in eodem. videlicet quod gaudium excedat dolorem vel econverso. vel possunt se habere per equalitatem. Si primo modo scilicet gaudium excedit dolorem tunc erit solum dilatatio et nulla constrictio. et si non esset dolor esset adhuc maior dilatatio. Si autem dolor excedat gaudium tunc erit solum constrictio et nulla dilatatio. Verumptamen gaudium faciet quod erit minor constrictio. Si autem se habent per equalitatem tunc distinguuntur. quia aut tangunt cor secundum eandem partem aut secundum aliam et aliam partem. Si autem secundum aliam et aliam partem tunc dico quod in una parte erit dilatatio et in alia parte constrictio. hoc probatur per simile quod dicit proclus in propositione quod si ponatur ferrum inter duos adamantes equaliter attrahentes quod tunc ferrum existens in aere nec movetur nec cadet. sicut dicitur de corpore machometi existente in aere sine aliquo supportante per adamantes equaliter attrahentes. immo tamen stat in medio quia undique recipit influentiam. et isto modo fecit machometus. ¶ Ad argumentum de aristotele in 10. ethicorum dicendum quod non est ad propositum. ad litteram enim loquitur ibi de corporali delectatione quae est bona usque ad aliquem terminum. et non loquitur ibi de delectatione spirituali. de qua nobis est sermo. unde delectatio corporalis ex cibo non solum expellit tristitiam oppositam ex cibo. sed etiam expellit tristitiam contingentem quae provenit expellere tristitiam ex potu. vel potest dici quod dictum philosophi habet veritatem quando de una potentia naturaliter fit redundantia in aliam potentiam. In proposito autem scilicet in Christo dispensative non fuit redundantia gaudii ad vires alias nec in corpore. ¶ Ad aliud quod dicitur de 9. ethicorum dicendum quod secundum commentatorem id dicitur dubitative non assertive. nam ipse idem philosophus 9. ethicorum capitulo 12. docet quomodo idem potest simul et semel tristari et gaudere et ponit exemplum quod homo videns amicum tristem delectatur in quantum videt amicum et dolet in quantum videt eum tristem. ¶ Ad aliud de glorioso et non glorioso dicendum quod supposito quod dolor et gaudium non sunt contraria quod tunc non est simile. quia gloriosum et non gloriosum sunt contradictoria vel ad minus contraria simpliciter. et non est idem argumentum. sed idem corpus non potest simul esse gloriosum et non gloriosum. ergo dolor et gaudium non possunt esse simul. ¶ Vel aliter dicendum quod non gloriosum potest accipi dupliciter. uno modo negative secundum quod opponitur contradictorie. et sic non possunt esse simul. alio modo potest sumi secundum quod dicitur sola natura ipsarum sine aliqua qualitate addita et sic etiam non possunt esse simul. quia gloriosum dicit aliquam qualitatem ultra naturam ipsarum. ¶ Tertio modo potest accipi pro aliqua qualitate ipsa ipsi mere contraria illi qualitati quae dicitur glorioso. et sic dico quod possunt simul esse. non plus repugnat gloriosum et non gloriosum sic acceptum quam faciunt calidum et frigidum. ideo etc.

Q. 20. 23.

Utrum Christus vere fuisset mortuus si pena aliqua illata sibi non fuisset. quod non videtur quia in composito aliquo vel est ex parte materiae vel ex parte formae vel ex parte dispositionis. In proposito autem non potest dici quod fuisset corruptio ex parte formae. quia forma quae est de se semper est ad esse. nec ex parte materiae quia

ipsa est incorruptibilis. Ex parte vero physica, nec ex parte dispositionis, quia dispositio oportet quod habeat proportionem ad dispositum, videlicet ad materiam et formam. Unde autem et forma sit de se incorruptibilis, quare etc. ¶ Item Ro. 5: per peccatum intravit mors. ¶ Item Augustinus de trinitate li. 1 c. 12: si nullus deliquisset nullus moreretur. Idem dicit Augustinus li. 13 de ci. c. 3. Item e. de t. c. 36: mors fuit inflicta homini ratione criminis. Ergo ex hiis omnibus auctoritatibus habetur quod ubi nullum peccatum est ibi nulla mors debet esse. In Christo autem nullum peccatum fuit, quare etc. ¶ Item pena non infligitur nisi propter culpam, sed mors est finis omnium terribilium et per consequens maxima pena, ex 3 ethicorum. In Christo autem nulla fuit culpa, quare etc. ¶ Item corruptio est in mixto propter dominium virtutis elementi super alterum, sed in Christo non fuit tale dominium, cum in eo fuit summa equalitas et proportio elementorum, quare etc. ¶ Item Christus assumpsit alimentum, sed per hoc potest fieri restauratio per alimentum tantum quantum fuit de ipsa deperditio; ergo videtur quod Christus semper vixisset et numquam defecisset. ¶ Item si aliquis homo in puris naturalibus existens moreretur, sequeretur quod anima eius non esset in gaudio paradisi, quia non habuit caritatem, nec in pena, quia non habuit culpam. Consequens autem est falsum, quia omnis anima separata vel est in gaudio vel in pena. Quare id ex quo sequitur, scilicet quod ille moreretur. ¶ Contra: omne corpus per se corruptibile potest deficere; corpus Christi fuit naturaliter corruptibile, quare etc. ¶ Item quamvis actualis passio est in multis, oportet quod illud sit per actualem causam communem. Cum ergo moveri et corrumpi insit hominibus et animalibus brutis, oportet quod hoc insit per aliquam causam communem. Causa autem ista communis non potest esse culpa, quia culpa non potest inveniri in brutis. Quare oportet quod sit alia causa, sed non videtur esse alia nisi quia omne corpus compositum ex contrariis est naturaliter corruptibile. ¶ Ad quod dicendum quod omnis homo quantum est ex parte corporis est naturaliter corruptibilis in quocumque statu, nec solum in statu nature institute sed in statu glorie. Sed bene potest esse et fuit a deo ex aliquo dono superaddito quod corpus eius non corrumperetur. Et hoc donum in statu innocentie fuit iustitia originalis, in statu glorie erit dos impassibilitatis. Christus ergo ex quo fuit homo fuit corruptibilis et habuit causas corruptionis intrinsecas. Causa autem intrinseca assignatur et ex principiis materie, quia fuit Christus compositus ex materia et forma, et ex parte diverse proportionis mixtionum elementorum. Ex parte materie sic, quia materia cum sit in potentia ad alias formas semper inclinatur ad malefi…cium illius forme sub qua est et appetit esse sub alia forma, et per consequens sequitur corruptio. Ex parte autem diverse mixtionis quam requirit ipsa anima sensitiva que habet multas vires, oportet quod in uno ordine dominetur calidum, in alio frigidum, sicut patet quod in cerebro dominatur aqua etc. Quare cum in una parte dominetur calidum et in alia frigidum, et unum contrarium naturaliter appropriatum alteri contrario agat in ipsum et corrumpat, sequitur quod Christus fuit causa corruptionis intrinseca ex parte diversorum elementorum proportionis in alia et alia parte. Causa autem extrinseca assignatur et ex parte continentis, puta aeris vel frigiditate per quam impeditur in corpore actio caloris, per quam que est causa corruptionis, et ex parte alimenti ad quod homo necessitatur pro conservatione, et debet esse ad assumendum alimentum quod debet habere convenientiam ad ipsum alendum et per consequens facit passionem in ipso alendo. Omnis autem passio de mundo que est a contrario disponit ad corruptionem, cum talis sit salutis deperditio. Ergo cum in Christo fuerint omnes iste cause corruptionis, Christus fuisset mortalis nullo loco et si nulla passio sibi illata fuisset. Sed in statu innocentie peccatum fuit causa mortis ut solvens prohibens, quia per iustitiam originalem homo habuit posse non mori, qua perdita et ablata per peccatum incurrit homo necessitatem moriendi. Hec est intentio Augustini ubi dicit quod homo in statu innocentie habuit quod posset non mori per originalem iustitiam, super li. de baptismo parvulorum in una auctoritate que sic incipit: si non peccasset Adam non esset mortuus. ¶ Sed hec est intentio Augustini de Christo quod fuisset mortuus etiam si nulla pena sibi inflicta fuisset, 2 li. de baptismo parvulorum circa medium libri, ubi dicit quod habuit similitudinem carnis peccati, quia nisi violentus occasus fuisset, senio ipso senescere ad mortem venire potuisset nullo loco posito miraculo circa ipsum. Unde primum ubi sancti dicunt quod propter peccatum et sancti loquuntur de morte hominis, sed differunt,

quia philosophus loquitur de morte per attributionem ad aliquam causam que fuit intra; reducitur naturaliter mortem ipsam in compositionem ex contrariis tamquam in causam per se et naturalem. Sancti autem loquentes, et sancti autem quia videntes quod corpus corruptibile per aliquod donum supernaturale poterat preservari ab actuali corruptione, sicut fuit in statu nature institute in Adam, ipsam reducunt in ipsum peccatum, quod quidem abstulit donum iustitie originalis quod fuit prohibitivum mortis, tamquam in causam solventem prohibens. Sequitur quod ipsum peccatum non habuit rationem cause naturalis et per se, sed solum rationem cause removentis prohibens mortem, scilicet ipsam originalem iustitiam. Unde Hugo li. Cur deus homo c. 2: mortalitas non immortalitas est de quiditate hominis, quia non habita per aliquod donum superadditum potest fieri immortalis et preservari a morte, sicut fuit ante peccatum, et sine aliquo addito per se esse mortalis et corruptibilis, sicut modo est communiter in omnibus hominibus. Unde naturam humanam possumus triplicem considerare: uno modo in puris naturalibus sine aliquo dono supernaturali; alio modo cum aliquo dono supernaturali, sicut fuit in Adam; tertio modo cum aliquo habitu vitioso, sicut modo contingit in omnibus. Primo modo consideratio nostra, secundo quod fuit Christus: non habuit scilicet donum originalis iustitie, quod quidem fuit prohibens mortem quasi ligans ipsam potentiam ad corruptionem et mortem, sicut habuit primus homo. Et ideo dico quod non habita in Christo quamvis fuisset sibi unita divinitas, relicta tamen sibi ut ageret que sunt propria, fuisset aliquando corrupta et defecisset morte naturali sine inflictione alicuius pene ab extrinseco irrogate sibi illate. In tertio autem statu est non habens nisi puram naturam cum habitu vitioso privato dono supernaturali, et habet originale peccatum nisi per baptismum tollatur, et ideo nunc omnis homo naturaliter moritur. In statu autem innocentie Adam habuit naturam puram cum habitu iustitie originalis que prohibuit eum a morte quamdiu habuit eam. ¶ Ad primum argumentum dicendum quod forma simplicis corporis compositi ex contrariis in Christo in quantum talis forma fuit temporalis et perdibilis et per consequens habens certam durationem, per aliquid ex quo determinatur eius periodus. Secundum potuit esse ex parte materie, quia licet materia sub sua essentia sit incorruptibilis, tamen quantum est in potentia ad multas formas et per consequens habet privationem admixtam, per quam appetit esse sub alia forma, causa est corruptionis. Secundo potuit fieri ex parte dispositionum, quia licet dispositiones fuerint in principio proportionate materie et forme, tamen per modum per actionem intrinsecam unius in alterum et per actionem continentis ab extra in corpore Christi per tales dispositiones potuissent fieri improportionate et per consequens discordantes, et sic ex parte dispositionis potuisset esse via ad corruptionem, sicut dictum est. ¶ Ad omnes auctoritates sanctorum dicendum quod loquuntur de natura sic instituta sub iustitia originali, sive cum iustitia originali homines prohibentur a corruptione quamdiu quia non fuit ablata nisi per peccatum; ideo sancti dicunt peccatum esse causam mortis. ¶ Ad secundum, quod pena non debet esse ubi non fuit culpa, dicendum quod in statu innocentie fuit deperditio aliqualis naturalis, tamen non fuit pena sed defectus suus conditionis nature. Dico quod si Christus fuisset naturaliter mortuus, talis mors sibi contingens talis non fuisset pena sed contingens nature defectus, nec plus fuisset pena quam mors alicuius bruti, quod certum est quod non dicitur pena esse sed defectus nature. Et hoc confirmatur per magistrum Sententiarum 2 li. d. 20 c. 1 et li. 3 d. 15 c. 3, ubi loquitur de defectibus qui non sunt penales, et dicit quod si tales fuissent in natura instituta ante peccatum non fuissent penales. ¶ Ad aliud dicendum negando quod in Christo non fuit summa equalitas, quod quia elementum predominaretur, nam vita magis consistit in calido quam in frigido et in calido humido quam in calido sicco. Quare cum Christi corpus fuit vivum, oportuit quod dominaretur aliquod elementum. ¶ Secundo ad hoc idem est quod forme sensitive virtus organica que non requirit eandem proportionem mixtionis et potentie tales sunt alterius et alterius rationis. Ideo oportuit quod in uno organo dominaretur ignis et in alio aqua, et sic de ceteris etc. Dicitur quod Christus habuit summam equalitatem: dicendum quod habuit equalitatem summam quam patitur natura corporis humani in se recepte unitati ab anima, et non habuit summam equalitatem simpliciter,



habitu spirituali ad hoc quod dicatur esse actus spiritualis ordinative et principaliter. ¶ Vel aliter dicendum potest quod sufficit ipsa impressio facta ex imperio voluntatis ad hoc quod sit spiritualis. ¶ Ad 4 dicendum quod diversitas modi intrinseca bene distinguit virtutes morales. sed diversitas extrinseca non variat nec distinguit. in proposito autem est solum diversitas extrinseca sicut iam tactum est. ¶ Ad 4 dicendum quod non concludit quin possit poni donum aliquod spirituale intellectuale cum habitu scientie acquisito. quia donum et virtus non sunt eiusdem rationis. sed forte concludit quod non potest poni alius habitus scientificus in quantum qui sit virtus. et ideo non est cura si donum intellectuale potest esse simul cum scientia acquisita que non est eiusdem rationis. ex propter hoc temperantia acquisita et infusa que sunt eiusdem rationis possunt esse simul. ¶ Vel aliter dicendum quod non est simile. quia idem est obiectum caritatis et virtutum moralium. scilicet ipsum bonum. non est autem idem obiectum habitus scientifici et caritatis. quia obiectum scientie est verum. obiectum caritatis est bonum. ergo non est argumentum quod si virtutes morales possunt tendere in bonum spirituale per capacitatem et habere actum meritorium quod propter hoc scientia acquisita possit attingere consequenter verum spirituale ex assistentia caritatis. et quare hoc. certe non propter aliud nisi quia caritas non attingit ipsum deum sub ratione veri. sed solum sub ratione boni. ¶ Ad 5 dicendum quod non est simile quia ultra voluntatem non est aliqua superior potentia per cuius directionem et ordinationem possit ipsa voluntas cum habitu supernali existente in ea habere actum spiritualem sicut ulterius inferiores potentie. scilicet ipsum appetitum sensitivum est ipsa voluntas per cuius directionem potest habere actum spiritualem. et quia in eo ideo voluntas non potest habere actum amandi spiritualem nisi ponatur in ipsa habitus caritatis. ¶ Ad melius autem intelligendum quod pertractum est sciendum quod sicut videmus quod calor secundum se potest habere actum infra speciem vel actum proprium secundum suam speciem et in virtute alicuius alterius. puta forme substantialis potest habere actum supra speciem. sic videmus quod temperantia acquisita non potest habere nisi actum proprium secundum suam propriam speciem. in qua tamen potentia in qua est talis temperantia modo per imperium voluntatis caritate informate. in virtute eius potest habere actum spiritualem et meritorium. unde propter hoc oportet ponere aliam temperantiam infusam alterius rationis. sed sufficit talis impressio facta a voluntate movente caritative in ipsa potentia inferiori in qua ponuntur habitus morales. ¶ Sed contra istum modum ponendi. scilicet quantum ad talem impressionem arguitur sic. Si esset verum quod per tale imperium voluntatis informate caritate fieret impressio spiritualis in ipsa potentia inferiori cum voluntas ipsa moveatur modo caritativo. sequeretur quod non possent esse aliqui actus de novo eliciti morales per directionem prudentie dirigentis. quia per talem directionem semper fieret in ipsa potentia ad cuius actum dirigit prudentia ipsa nova impressio. quod tamen non videtur esse verum ex parte voluntatis. scilicet quod per imperium eius fiat talis impressio in inferiori potentia. ¶ Videtur quod illud autem deficit in ... Contra nunc hoc arguitur non intelligit virtutum moralium generationem. nam sicut hoc videtur esse generaliter verum quod quicquid ad se habet ut movens et aliud ut motum quod movens faciat aliquam impressionem in moto. cum ergo voluntas se habeat ut movens respectu aliarum potentiarum ipsas inducendo eas ad actus suos per imperium eius potest aliquam impressionem in eis et facere talem impressionem quam ponimus. hic est quod magister dicit ponentes virtutes morales in voluntate quod per motiones et imperium voluntatis fiunt quedam impressiones in ipso appetitu sensitivo ut per tales impressiones quasi sint habitus quidam faciliter ipse appetitus sensitivus promptius faciliter obediat voluntati in eliciendo actum imperatum. potentia autem directiva ex hoc quod dirigit non habet quod imprimat et hinc est quod non est simile de impressione voluntatis moventis ut efficientis et de directione prudentie non moventis principaliter. prudentia enim ex ratione sua sibi non habet quod imprimat et moveat certas potentias. sicut habet caritas existens in voluntate que est potens movere omnes alias. ¶ 2. Et deficit in hoc autem quia si ita sit quod per talem di-rectionem fieret impressio in potentia inferiori. non tamen oportet quod semper fieret de novo impressio quamvis esset de novo aliquis actus. propter quod cum impressio esset perfecta. sic nec actus aliquis imprimunt in potentia cum habitus quis acquiritur per actus et perficitur ... non obstante quod tales habitus acquirentur sive generentur per ipsas motiones actuum. ¶ Et deficit quia quando ita est quod potentia ... habitus habet omnem modum tendendi in obiectum non oportet in potentia tali aliquam aliam impressionem per habitum. et quia potentia inferior habet omnem modum tendendi in obiectum suum sine aliqua impressione facta in ipsa per directionem prudentie per eo quod non fert in obiectum suum nisi modo naturali et per directionem et non habet omnem modum tendendi. ipsa potentia informata alia virtute morali sine impressione a voluntate movente caritative per eo quod secundum se non modo nisi modo naturali et per modum per talem motionem et imperium voluntatis modo modo spirituali. ¶ Et hic est quod ex parte ista oportet ponere impressionem cum voluntate in caritative movente non ex alia parte cum prudentia dirigat modo illo directionis. ¶ Ad primum autem dicendum quod legem adimplere est duobus modis. scilicet ita quod sufficit ad salutem et in ... sic habent virtutes morales. est duobus modis scilicet vel in virtute vel secundum actum. secundum hoc ergo dico quod qui habet unam legem possit adimplere primo modo quantum scilicet sufficit ad salutem quod habet virtutes morales in virtute nam fides spes caritas sufficit ad salutem. Quo vero habet unum possit legem adimplere modo excellenti virtutes morales secundum actum et actualiter. et cum dicitur ... quod qui habet caritatem potest legem implere. dicendum quod habet veritatem primo modo loquendo de adimpletione. ¶ Ad 2 dicendum quod non est simile. quia virtus motiva est virtus impressiva. virtus vero intellectiva non est impressiva. sed directiva. quia non est proprie motiva. et ideo si ita sit quod voluntas possit impressionem facere in potentia inferiori movente qua ipsa potentia inferior possit habere actum spiritualem. ipsa tamen ratio non potest hoc facere in voluntate cum ratio sit solum directiva ut dictum est. ¶ Vel aliter sic quod si ita sit quod existente habitu spirituali in intellectu voluntas possit habere actum spiritualem sicut hoc quod potentia duos habitus spirituales in voluntate non tamen potest ex hoc habere actum meritorium per eo quod nullus habitus intellectualis existens in intellectu est meritorius sive radix merendi. sed solum habitus caritatis existens in voluntate. meritum enim et premium attenditur penes voluntatem secundum omnes sanctos. ¶ Ad 3 dicendum quod est flagitiosus. non enim se est ad bonum spirituale ut finem. ergo est obiectum actus virtutis moralis cardinalis. nam idem penitus est obiectum virtutis cardinalis acquisite et virtutis cardinalis infuse. sicut de penitus est obiectum virtutis visive que est per generationem et que est per creationem. obiectum autem virtutis cardinalis acquisite est bonum naturale. et ideo non sequitur quod est talis boni spiritualis debeat esse alia virtus moralis sed bene forte sequitur quod esset alia virtus quam cardinalis virtus. ¶ Ad 4 dicendum postquam quod et si ita sit quod virtus fortitudinis acquisite non possit habere talem actum meritorium qui est sustinere mortem propter deum cum sit actus spiritualis. bene tamen potest habere talem actum cum tali impressione facta a voluntate movente modo caritativo cum talis impressio sit spiritualis. sicut dictum est. quia est a potentia constituta in esse supernali per habitum caritatis.

Queritur utrum ad hoc quod fides sit in intellectu oporteat ponere unum habitum correspondentem a parte voluntatis qui semper stet in voluntate quamdiu homo est in peccato mortali sicut manet fides. Et quod sic arguitur secundum augustinum de verbis domini. cetera potest homo nolens. credere autem non potest nisi volens. Ex hoc sic si illam actionem voluntatis ad actum credendi se habet ut agens principale ... Si ergo a parte ... scilicet intellectus oportet ponere habitum multo fortius hoc oportet ponere a parte voluntatis. ¶ Item secundum augustinum de predestinatione sanctorum. credere est voluntatis preparate ... hoc est misericordie. hoc ex dictis videtur. ergo secundum augustinum credere est ... a voluntate preparata in bonum misericordie. sed bonum misericordie dicitur aliquis habitus infusus. quare et cetera. ¶ Item sicut se habet intellectus

ipsorum in via ad voluntatem ipsorum in via. sic se habet intellectus ipsorum in
patria ad voluntatem ipsorum in patria. sed non potest esse aliquis profectus in intellectu in
patria nisi sit habitus profectus in voluntate. ergo eadem ratione non esse habitus (pt)
ipsorum in intellectu in via cum est fides informis sine aliquo habitu sal
tem ipsorum a parte voluntatis. ¶ Item habitus se habet ad habitum sicut obiectum ad
obiectum et actus ad actum. sed nunc est sic quod obiectum fidei sive intellectus
precedit naturaliter obiectum voluntatis. quare habitus intellectus precedit naturaliter habitum voluntatis. (et actum)
sed si precedit naturaliter per se tunc potest esse in intellectu absque hoc quod sit aliquis
habitus in voluntate. quod concedo. ¶ Item fides est principale fundamentum totius spiritualis
edificii secundum glossam ad hebreos xi. sed fundamentum precedit et potest esse sine
aliis licet alia non sine ipso. quod concedo. ¶ Item oculus corporalis puta
cati potest aliquid videre a propinquo lumine intrinseco et cum nichilominus sine lumine
extrinseco quedam a remotis lumine extrinseco. sed nunc est sic quod ad hoc
quod caritas bene se dirigat in lumine uniendo et ambulando non indiget
nisi lumine vel extrinseco in uniendo remota vel intrinseco ad hoc quod
videat propinqua. nec oportet quod sit ad aliud in umbris aliis propter talem ac
tum. quod sicut ... cum intellectus videat quedam a propinquo lumine na
turali et quedam a remotis lumine infuso lumine scilicet fidei non oportebit
ad hoc quod videat hoc vel illa ponere aliquem habitum in voluntate. ¶ Hic
primo ponitur una opinio que duo dicit quorum unum est quod oportet ponere habi
tum aliquem a parte voluntatis. aliud vero quod dicit est quod sit iste habitus. ¶ Primum
sic probant. nam quia obiectum fidei est obiectum supernaturale et ergo finis ac
tus supernaturalis. nec ad hoc potest attingere potentia ex propriis naturalibus.
¶ Ideo ad hoc quod potentia intellectiva conformetur tali obiecto supernatura
li ut possit elicere actum credendi qui est actus supernaturalis oportet po
nere habitum in intellectu. ergo pari ratione cum actus credendi elicitur per im
perium voluntatis secundum omnes et actus iste imperandi sit supernaturalis pro eo quod
tendit super obiectum supernaturale oportebit ponere in ipsa voluntate aliquem
habitum supernaturalem ad hoc quod talem actum credendi supernaturalem imperet et
ut conveniente habeat ad tale obiectum. ¶ Item si credibilitas de sua
ratione includit consensum. omnis autem consensus vel est ex evidentia obiecti vel
per imperium voluntatis. In proposito autem non potest esse iste consensus qui est ex evidentia
obiecti quia ipsa credibilia non habent per se evidentiam. aliter non essent credibilia.
ergo oportet quod sit iste consensus qui est per imperium voluntatis et aliquis voluntatis est (credulitas)
primum tale quod ipse consensus voluntatis interest essentialiter et ratione. Et tunc arguitur
sicut prius talis consensus voluntatis in credendo est supernaturalis actus. quare oportet
ponere in voluntate aliquem habitum supernaturalem. ¶ Quis vero sit iste habitus.
quidam est secunda. dicunt aliqui quod nec est caritas nec gratia nec ad pertinens
sunt intrans esse gratie vel caritatis. immo quod est unus habitus non gra
tum faciens sed gratis datus qui potest stare et cum caritate et cum pec
cato mortali et potest esse informis sicut fides. ¶ Alii dicunt quod op
positum huius scilicet quod est ad intrans esse caritatis et tamen quoniam dicitur dicitur ca
ritas simpliciter sed caritas secundum quid. ad hoc manuducunt per exemplum tale
dicentes nam quoniam habeo tantum unum angulum non habeo triangulum. sed ad de
terminandum triangulo et cum habeo duos angulos habeo plus de triangulo. sed non habe
am triangulum. sed cum habeo tres angulos habeo simpliciter triangulum. sic autem
caritas sit unus amor quo diligo deum diligendum cum diligo
unum diligibile habeo aliquid de caritate et cum diligo omnia habeo caritatem
simpliciter. sed tunc postmodum si de omnibus diligere unum diligibile quod
plus diligo puta deum non habeo caritatem simpliciter. tamen habeo caritatem
secundum quid. quod etiam convenit cum peccato mortali. ¶ Ad exemplum ponunt de cre
dulitate ad hoc ut cum quis credit unum articulum solum non habet fi
dem. sed sic congregat quod postmodum credat omnes articulos et ex hoc non
perdit secundum primam credibilitatem de uno articulo immo adhuc postmodum

potest habere illam eandem. et ita quod ista credulitas sit pars illius credulitatis
fidei postmodum infuse. et ergo potest contingere quod discedat aliquis propter hu
ius fidem omnes articulos preter unum ita quod illum solum credat non habendo fidem (preter)
que est habitus infusus. quare eodem modo potest esse de caritate. applicando sic
patet. ¶ Ista opinio reputatur satis probabilis. patet hoc quod dicit quod iste habitus in voluntate (pt)
est habitus caritatis secundum quid qui potest instare cum peccato mortali. Et quia
hoc cetera non habeo aliam causam nisi illam quia quando ad per se repugnat ali
cui si destruit unam partem alterius totum potest destruere. exemplum de ca
liditate que per se repugnat frigiditati et si destruit partem frigiditatis
potest destruere totum. quare cum peccatum mortale per se repugnet caritati
si destruit unam partem destruere potest totam caritatem et per consequens se
quitur vel saltem esse caritatis possit manere cum peccato mortali. ¶ Alia
opinio est que distinguit quod ipsa fides potest comparari ad causam effectivam et
ad potentiam subiectivam in qua habet esse sicut in subiecto. Si primo modo comparetur distin
guitur ulterius. quia aut comparatur ad causam effectivam quantum ad statum infusio
nis vel quantum ad continuationem sequitur. Si primo modo sic dico quod fi
des non potest esse in intellectu nisi pariter infundatur caritas in voluntate quia
hoc certe est quia deus non infundit aliter fidem nisi tollit sequitur
ad eum. cum autem quis se convertit ad deum tollit et accepit deo et
deus infundit gratiam acceptam que est gratia sive caritas. ¶ Si fides
comparetur ad causam efficientem secundo modo scilicet quod est causa continuans et conser
vans fidem. sic dico quod fides potest bene esse in intellectu et continuari absque
eo quod sit caritatis habitus in voluntate. Si autem fides comparetur ad
potentiam in qua est hoc potest esse dupliciter. vel per primo instanti infusionis et
non potest esse in intellectu nisi caritas infundatur in voluntate. ¶ Secundo hoc dicitur vel pro est pro
tempore continuationis et hoc dupliciter. vel per comparationem ad actum ipsam quia vel
per comparationem ad actum credendi perfectam ultimate vel per comparationem ad actum
ipsam quia vel per comparationem ad actum ipsam vel per comparationem ad
actum credendi perfectam ultimate vel per comparationem ad actum ipsam sim
pliciter perfectam tamen in suo genere. Si primo modo sic non potest esse fides
in intellectu nisi caritas sit in voluntate. quia perfectio ultima actus credendi
est quod sit meritorius. meritum autem non potest esse sine caritate. Si secundo modo
bene potest habere actum credendi habere perfectam in suo genere. licet non perfecte
simpliciter sine hoc quod aliquis habitus sit in voluntate. et quia hoc non est alia ratio nisi quia
omnis habitus habet determinare potentiam ad actum suum sine omni alio deter
minante. quare cum fides sit habitus determinabit ipsam intellectum ad
actum credendi per se et secundum se. ¶ Sed contra hoc arguitur ad alterius potius
dicendo primo in terminando assumptum. nam video quod aliquis potest habere
actum credendi supernaturalem ex sola consuetudine. nec oportet quod per ipsam con
naturetur per habitum fidei infusum. nam si aliquis puer esset nutritus in
ter homines fideles et deus non infunderet sibi habitum fidei adhuc haberet ac
tum credendi sicut possibile est credere aliquem articulum ex sola consuetudine.
¶ Hoc etiam patet de aliquo heretico qui credit aliquem unum articulum et discre
dit omnes alios quoniam secundum omnes non habet habitum fidei. quare eodem modo potest
esse a parte voluntatis quod non obstante quod habeat actum imperandi qui est actus
supernaturalis non oportet propter hoc ponere habitum aliquem supernaturalem immo videtur
quod sit multa habitus scientia sicut in intellectu et voluntate imperare illi habi (pt)
tui vel illi ut eliciat actum suum hoc quod potest aliquis habitus a parte
voluntatis propter tale imperium. nullus enim philosophus hoc posuit. immo solum suf
ficit simpliciter motio et volitio voluntatis. sic potest esse ex parte ista de
fide quod ad hoc quod eliciat actum credendi sufficit simpliciter motio sive
volitio. ¶ Aliter dicitur quod potentia dicitur habere comparationem ad actum uno modo sicut potentia
elicitiva. alio modo sicut potentia imperativa et directiva. sic autem video
quod in illa comparatione secundum quam comparatur potentia ad actum ut elicitiva si sit



diversi actus differentes specie oportet quod sic habitus differentes specie in
eadem potentia. ¶ Exemplum quia fortiter agere et temperate agere sunt actus elicitivi
a potentia alia differentes specie. ideo in ipsa potentia elicitive tales actus dif
ferentes specie sunt habitus differentes specie. secundum autem illam comparationem
secundum quam comparatur ut imperativa vel directiva non oportet quod si sint diversi ac
tus differentes specie imperati diversi quod propter hoc habitus diversi vel
imperans diversi secundum speciem. immo solum unus sufficit. exemplum de caritate
que secundum se est una et imperat omnes actus virtutum. et de prudentia
que dirigit in omnibus actibus virtutum moralium. sic potest esse quod licet
non possit esse aliquis actus supernaturalis elicitus ab aliqua potentia nisi in ipsa potentia
sit habitus supernaturalis. bene tamen potest esse actus imperatus supernaturalis absque
hoc quod in potentia imperante sit habitus supernaturalis et absque hoc quod ipsum sit ac
tus supernaturalis. ¶ Ad 2 dicendum quod assumptum est falsum. nam non omnis con
sensus est ex evidentia obiecti vel ex imperio voluntatis immo consensus potest
esse per habitum consequentem potentiam ipsi obiecto et per consequens faciente ipsam potentiam
consentire obiecto. unde evidens signum ad hoc est quod quanto quis habet
maiorem habitum perficientem ipsam potentiam commitentem obiecto et facientem eam
ipso quasi quodam unitam. tanto magis consentit. et quanto minus habet de ha
bitu tanto minus consentit. ¶ Ad primum principale dicendum quod est falsa consequentia
in modo arguendi. nam non sequitur requiritur voluntas ad actum creden
di. ergo requiritur voluntas cum habitu. immo dico quod sufficit simpliciter
volitio. vel saltem requiritur quod si voluntas non velit hoc actualiter
quod non habeat actum oppositum. ¶ Ad secundum dicendum quod quidam habent intelligi quantum
ad statum ipsius fidei et non quantum ad continuationem. multa enim requiruntur
ad statum alicuius rei que non requiruntur ad eius continuationem in esse. ¶ Vel dicendum
quod hoc dicitur per tanto quia voluntas non potest velle non cognitum. ideo deus
infundendo solum fidem ipsi intellectui dicitur quodammodo ipsam voluntatem
preparare. ¶ Ad 3 dicendum quod non est simile quia habitus glorie a parte intellectus
in patria non potest esse informis. ideo non potest esse sine caritate. habitus autem
fidei potest esse informis in via. nec tenet ista. propterea aliter si teneret
tamen possemus arguere quod sicut in patria habitus iste non potest esse sine
caritate sic non habitus fidei in via possit esse sine caritate quod nimis falsum.

(Questio 8) ¶ Queritur utrum baptizati a iohanne debuerunt rebap (?) e-
tizari baptismo christi. quod non videtur. non plus fit in accedente
ficte ad baptismum christi quam in accedente devote ad baptismum iohannis.
immo minus. sed baptizatus baptismo christi ficte non debet rebaptizari. quare
non baptizatus baptismo iohannis. ¶ Item quando aliquid est vere factum in aliquo sacra
mento non debet reiterari. immo si aliquid est dimissum debet suppleri. sicut patet
in sacro ordine. Sed in ablutione baptismali quam fecit iohannes fuit
vere factum quare non debet iterari. ergo per consequens non baptizati baptismo iohan
nis tamen debuerunt rebaptizari baptismo christi. ¶ Item baptismus
iohannis fuit per comparationem ad baptismum christi sicut quedam preparatio ad in
medianam. sed nunc est sic quod ex appositione preparationis non oportet sub
trahi appositionem mediane. ideo magis ponitur quod etc. ¶ Item baptismus iohannis
non conferebat gratiam ex opere operato. sicut dicit glossa super 1. Jo. e
go baptizo etc. ubi sic dicitur. ego quidem corpora abluo sed culpam non
deleo sive remitto. sed baptismus christi confert gratiam ex opere opera
to. quare baptizati illo baptismo debent rebaptizari in baptismo christi.
¶ Hic patet opinio magistri 4 sententiarum distinctione 3. ubi dicitur sic quod omnes baptizati
baptismo iohannis qui habuerunt notitiam spiritus sancti et fidem trinitatis non debue
runt rebaptizari. Qui vero non habuerunt debuerunt rebaptizari. sed
hoc probatur per auctoritatem Jo. 2 Joel 3. Effundam de spiritu meo dicen
tis quod qui non habuerunt notitiam spiritus sancti fuerunt rebaptizati. Ex hac
arguitur magister sic. si per contrarium omnes qui non habuerunt notitiam fue

runt rebaptizandi. ergo omnes qui habuerunt notitiam non fuerunt rebaptizandi.
Sed certum est quod hoc est falsa consequentia in arte. nam non sequitur si non habuerunt no
titiam fuerunt rebaptizandi. ergo si habuerunt non fuerunt rebaptizandi. exemplum in
aliis non fuerunt sequitur. Si hoc non est ista convertibilis. non est eius diffinitio. ergo
si sit convertibilis est sua diffinitio. arguitur enim eodem modo affirmative et ne
gative. nam bene sequitur ad hoc quod aliquid sit diffinitio alicuius quod sit sibi
convertibile. et ideo si non est convertibilis non est sua diffinitio tamen quia plus
requiritur ad hoc quod possit esse diffinitio quam convertibilitas sola ideo non
sequitur affirmative hoc est convertibile. ergo est sua diffinitio. nam proprium est con
vertibile. et tamen non est diffinitio. eodem modo est in proposito quia plus requiritur
ad hoc quod aliquis non debeat rebaptizari quam sola notitia trinitatis scilicet in
pressio caracteris quod non faciebat baptismus iohannis. ideo etc.
¶ Alia opinio est quod fuerunt rebaptizandi. sicut dicit augustinus super Jo. quaestio 4. Et quia
hoc certe quia baptismus christi omnes obligantur generaliter secundum sententiam salvato
ris. Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto etc. quare propter obli
gationem generalem omnes fuerunt ex aqua et spiritu sancto etc. quare propter obligationem
generalem omnes fuerunt rebaptizandi. ¶ Alia ratio est ad hoc quia baptis
mus imprimit caracterem qui est fundamentum omnium sacramentorum aliorum et dis
positio ad susceptionem omnium aliorum et ad executionem omnium actuum
sacramentalium. et ideo qui sic dispositione caruerunt fuerunt rebaptizandi. ¶ 3a
potest ratio talis quia ad hoc quod baptismus sit verus debet habere unum mi
nistrum conferentem et unum tempus. nam si unus conferret verba et alius
baptizaret non esset baptismus. ergo si aliquis proferret alia verba postmodum
cuius residuam partem verborum non esset baptismus. ergo si Jo.
baptizavit abluendo exterius solum et postmodum in alio tempore
apostoli contulerunt gratiam per impositionem manuum super baptizatos
a Johanne non fuit verus baptismus nec per consequens verus baptismus. quare ad hoc
quod sit verus oportet quod sit unus et tunc ulterius si non fuit verus baptismus sequitur
quod debuerunt rebaptizari. ¶ Aliter dicitur quod sic concordant scripture diffi
niendo tempora sicut concordari poterunt opiniones dictorum tempora propter quod dicitur
est de baptizatis a Johanne quod aut fuerunt baptizati a Johanne antequam
Jo. baptizavit christum aut post christum. Si ante sic dico quod
fuerunt rebaptizandi baptismo christi. et quia quando ante baptismum christi non baptizavit
Johannes sub forma debita christi quia scilicet institutum christi. nec adhuc ipsa aqua
ex contactu mundissime carnis christi acceperat virtutem regenerativam
sicut dicit beda. Si loquimur de baptizatis a Johanne postquam christus baptiza
vit postmodum sub forma debita quando scilicet christus instituit tunc quia recepe
rat aqua virtutem regenerativam. aliter oportet dicere quod christus qui fuerat
baptizatus a Johanne tamen debuit rebaptizari. si baptizati a Johanne
essent rebaptizandi postmodum baptismo christi. probabile enim est et credibile quod quando
baptizavit christum quod tunc incepit baptizare sub forma instituta
a christo scilicet in nomine patris et filii et spiritus sancti. et in sub tali forma christus bap
tizavit. et per hoc cum utroque concordari possunt ambe opiniones. ¶ Ad primum ar
gumentum dico quod plus sit in accedente ficte ad baptismum christi quam in accedente
devote ad baptismum Johannis. et quod est primum plus collatum in
baptismo christi ficto scilicet impressio caracteris et ideo non debet talis rebaptizari.
¶ Ad aliud dicendum quod quando est aliquid vere factum pertinens ad sacramentum non debet
reiterari. sed dimissum debet suppleri. modo dico in proposito quod ablutio
baptismalis quam fecit Johannes non fuit aliquid pertinens ad sacramentum baptismi
christi. et ideo debuit reiterari. etc.

¶ Queritur utrum 4ta creatura puta panis possit transsubstantiari
in divinitatem quod sic. Quia liberius mutationis esse divina per esse creature
et ex illa mutatione non sequitur aliquod malum in esse divina. sicut patet in
exemplo quod esse divina potest esse terminus volitionis et intellectionis et aliis modis non

[illegible]

[illegible]



[illegible]

[illegible]

[margin: loco] [margin: ista] [margin: panis magis conveniat cum substantia corporis] [margin: ibi corpus Christi] [margin: quantitas ibi] [margin: super]

et per consequens circumscriptive. Item quia non comparatur ad locum per quantitatem nec circumscriptive in loco quia non comparatur ad ipsum per hoc quod habet partem extra partem quod est ratio causae. Sed corpus Christi non comparatur ad hostiam per quantitatem suam sicut supradictum est. Item impossibile est quod corpus maius sit in minori per circumscriptionem vel circumscriptive. Ergo cum corpus Christi sit maius quam hostia et sit totum in hostia, impossibile est quod circumscriptive sit ibi. Item in quaestione ista sunt quatuor declaranda, quorum primum est quod Christus non solum est in altari secundum corporalem substantiam sed secundum totalitatem. Secundum est quod quantitati hostiae non repugnat quod simul cum ea sit quantitas corporis Christi. Tertium est quod corpus Christi non sit ibi dimensive. Quartum est quod non sit ibi circumscriptive. De primo scilicet quod substantia corporea Christi est per se [?] dicitur immediate ex vi sacramenti in sacramento altaris quod patet ex utriusque [?] ... et verborum prolatorum forma. Ex primo accipitur probabilitas talis: nam postquam substantia corporea Christi quod faciat animam cum anima intellectiva vel quantitate vel dimensione, probabile est quod substantia corporis Christi in quam fuit transsubstantiata substantia panis immediatius sit sub isto sacramento quam sit anima intellectiva vel divinitas. Secundum hoc patet ex forma scilicet ex forma verborum quae habent non solum significantiam sed et efficaciam. Nam ipsa verba magis respiciunt substantiam corpoream quam faciant animam intellectivam vel quantitatem ipsius. Quare immediatius est sub sacramento substantia ipsa corporis Christi quam sit ad praesens [?]. Et quia substantia corporis Christi non habet per se existentiam cum solum substantificetur in ... ubi, ideo immediate sequitur quod propter transsubstantiationem est quod sit ibi divinitas substantificans talem naturam corpoream. Nam licet divinitas sit ubique, tamen non est ubique ut substantificat talem naturam. Et ultra quia substantia corporea Christi est substantia una vivens vita perfecta, ideo concluditur immediate quod sit ibi anima intellectiva cum per intellectivam sit vita perfecta. Et quia anima est actus corporis organici et organicum non potest esse sine quantitate, ideo concluditur immediate ex quo est anima ibi quod quantitas sit ibi. Quarto ratio potest ad probandum hoc scilicet quod sit ibi quantitas et omnia accidentia existentia in corpore Christi, quia talis est corpus gloriosum, est immortale, impassibile et indivisibile. Sed corpus Christi est gloriosum, ergo est impassibile et impermutabiliter et indivisibiliter se habens. Et si impermutabiliter se habet et indivisibiliter, impossibile est quod quantitas separetur a corpore Christi vel una pars quantitatis ab alia vel unum accidens ab eodem, puta qualitas vel aliud accidens. Nam si fieret talis separatio caderet in corpore glorioso aliqua passio, quae passio per se repugnat. Et ita patet primum scilicet quod corpus Christi est sub sacramento secundum omnes suas naturas et secundum totalitatem suam. Et secundum hoc dicunt aliqui quod hic sunt duo miracula quorum unum est magnum, propter quod scilicet fit quod per conversionem sit in altari corpus Christi, et ad maius miraculum est quod sit ibi anima intellectiva, quantitas et divinitas et cetera accidentia. Nam maius miraculum est quod sit alicubi anima per conversionem, et quia corpus Christi ibi est per conversionem panis in ipsum, anima intellectiva est ibi per conversionem alicuius in ipsam. Ideo maius miraculum est quod anima intellectiva sit in altari quam quod corpus Christi sit ibi. Istam tamen non assertionem non credo esse verum sicut dicitur, quod patet ex eodem miraculo: maius quod angelus portavit Abacuch ad lacum leonum ubi erat Daniel portavit animam. Ideo namque habeo pro regula generali quod quandoque sunt antecedens ad quod sequitur necessario consequens, eodem miraculo et non alio sit consequens quo et antecedens. Facto enim tale antecedens de necessitate fit consequens sicut est in proposito, quod facto quod hic sit corpus Christi factum est quod hic sit anima intellectiva et quantitas corporis Christi, cum tale corpus nullo modo esse possit sine illis. Et ideo uno miraculo fit utrumque. Item de secundo articulo. Sciendum quod ex 4 physicorum patet habitum quod resistentia propter quam corpus unum non potest esse simul cum alio sumitur vel sumi potest vel ex corpulentia vel ex quantitate. Cum igitur deus possit auferre talem resistentiam sicut patet in miraculo de corpore suo quod simul fuit cum corpore portarum quando intravit ianuis clausis sicut habetur Io. 20, potest per consequens facere hic et alibi quod duo corpora vel duae dimensiones sint simul et infinita secundum philosophum et consequenter ubi si duo corpora possunt esse simul et infinita possunt esse simul, et corpus maius potest esse ubi est corpus minus, et una pars potest simul esse cum parte

eiusdem corporis. Declarationes istarum conclusionum 37. 8. quaestione tractat Egidius ex hoc sic arguens: Deus potest facere quod pars quantitatis corporis Christi sit cum parte quantitatis hostiae ex quo potest auferre resistentiam sicut patet in miraculo de corpore suo. Et si potest facere quod pars quantitatis corporis Christi sit cum parte quantitatis hostiae, potest hoc in isto sacramento facere quod una pars corporis Christi sit simul cum alia parte corporis Christi et sic per consequens erit in eo una pars, alia pars sine aliqua repugnantia. Egidius 8. propositione ostendit quod simul cum dimensionibus unius partis corporis Christi possunt esse dimensiones alterius partis et ubi est una pars ibi possunt esse omnes. Item advertendum est quod ex eadem causa procedit quod duo corpora non possunt esse in eodem loco et non possunt esse simul, ex hoc scilicet quod dimensiones unius dimensionibus alterius resistunt. Quod si tollatur huiusmodi resistentia non esset dare causam quare duo corpora vel infinita simul esse non possunt. Unde Philosophus 4 c. de vacuo arguit: si duo corpora possunt esse simul in eodem loco et quaelibet plura vel infinita, ut supplet Commentator. Si igitur resistentia tollatur sequitur quod non duo vel mille possunt esse simul, et si duo possunt esse simul et multa, sequitur necessario quod ubi est minus corpus potest esse maius. Nam si duo corpora quae plus occupant de loco quam unum corpus, quia dimensiones resistunt dimensionibus, et ideo ubi est unum corpus aliud esse non potest sic sit talis resistentia, sed propter resistentiam corporum ubi est unum corpus maius esse non potest, et plus occupat de loco maius corpus quam minus quia partes magnitudinis sibi invicem resistunt, et ubi est una pars alia pars esse non potest. Quod si possit simul cum parte esse, possunt non plus occupare magnum corpus et totum corpus quam pars una. Clare igitur manifestum est quod si dimensiones dimensionibus resistant secundum quod ad plures spectant, extensum sequeretur primum scilicet quod unum corpus sit duo et quaelibet infinita, sed quod est minimum corpus possit esse maius et maximum et infinitum. Et quia ubi est una pars corporis possent esse duo et etiam omnes partes, et ultimum quod ubi existit una pars totum corpus existere possit et ubi existit pars singula posse totum corpus existere. [margin: tollatur quod unum corpus possit esse simul cum alio corpore non plus occupat ... plura corpora ... infinita quam unum solum corpus] [margin: quatuor] [margin: ubi]

Huius visis de levi patet propositum. Nam cum corpus Christi et quaelibet pars eius non sit sub speciebus hostiae modo dimensivo secundum quod dimensiones dimensionibus resistunt, quia non est ibi mediante quantitate, sicut cum dimensionibus unius partis esse potuit dimensiones alterius partis, sic igitur simul dimensionibus panis possunt esse dimensiones corporis eo quod istae dimensiones non resistunt dimensionibus illis. Sic simul cum dimensionibus unius partis corporis Christi possunt esse dimensiones alterius partis et etiam cum quibuslibet et totius corporis quia resistentia est amota. Et sic patet conclusio secunda in quaestione accepta. [margin: sed quantitas mediante substantia] Item quia ignis comparatur ad lignum calefaciendo per calorem ipsum calefacit et per calorem mediante. Sed si possit immediate coniungi ligno et comparari ad ipsum sine calore, tunc non calefaceret ipsum. Cum igitur causa resistentiae sit per quam unum corpus expellit aliud corpus dimensio quantitativa vel ipsa corpulentia, quod non est dare in proposito cum corpus suum sit gloriosum, et per consequens habeat substantialiter et non corporaliter vel dimensiones quantitativas, cum corpus Christi non comparetur ad hostiam mediante quantitate per quam habet expellere alias dimensiones, sequitur immediate quod possit esse cum dimensionibus hostiae. Panis non comparatur ad hostiam mediante quantitate; patet ex hoc quod quantitas corporis Christi in sacramento est mediante substantia et non e converso. Quare haec rationes [?] ... Igitur propositio Egidii circa tractatum [?] ... istae duae propositiones scilicet 8. et 9. sic ad probandum quod simul cum dimensionibus hostiae possunt esse dimensiones corporis Christi et cum dimensionibus unius partis corporis Christi possunt esse aliae dimensiones partis eiusdem corporis Christi. Sic patet inventio ex prima sequitur. Nam postquam probatum est quod simul cum una parte quantitatis hostiae potest esse una pars corporis Christi, et ubi est una pars corporis Christi in toto corpore est,



sequitur necessario quod totum corpus Christi sit sub parte quantitatis hostiae et per consequens sequitur quod non sit ibi modo dimensivo nec dimensive. Nam esse dimensive alicuius et maxime quantitatis est habere partem extra partem, in quo ubi est una pars non est alia pars. Item quandocumque aliquae causae sunt ordinatae ad invicem, si prima non influat in secundam, nec secunda influet in tertiam. Cum igitur istae tres causae sint ordinatae ad invicem, deus, quantitas et locale, si deus non influat in quantitatem ut quantum maneat quantum et non ut habeat esse locale, quantitas ipsa non influet ad hoc ut habeat esse locale, et per consequens nec quod ipsum quantum habeat esse dimensive, quia ex loco sequitur esse dimensive, scilicet alicubi sic esse vel secundum positionem. Igitur sequitur sic quod quantum possit manere et non habere esse locale et per consequens corpus Christi quantum sub sacramento non habet esse dimensive. Ex isto tertio sequitur quartum, scilicet cum corpus Christi non habeat in esse dimensionali et per consequens non habeat partem extra partem quantitatis ad existentiam in loco secundum quam commensuratur loco, sequitur necessario quod non sit sub ipsa hostia in sacramento circumscriptive. Item quia angelus est per eandem virtutem et substantiam in toto loco totus et totus in qualibet, non dicitur esse in loco circumscriptive. Igitur consequenter cum idem corpus sit secundum se totum in tota hostia et totum in qualibet parte hostiae, sequitur necessario quod non sit circumscriptive. Ad primum principale dicitur quod maior non est vera nisi quando id quod non excedit nec exceditur habet partem extra partem secundum quod figuratur et commensuratur loco; exemplum de anima quae nec excedit totum corpus nec exceditur et tamen non est in corpore circumscriptive. Ad 2. dicendum quod maior est vera nisi quando id quod non excedit nec exceditur habet partem extra partem secundum quod figuratur commensuratur loco; exemplum de anima quae nec excedit totum corpus nec exceditur et tamen non est in corpore circumscriptive. Ad 2um dicendum quod maior est vera quando modus ille non repugnat illi cui inest ipso praecontinens. Quando autem repugnat non est verum; exemplum corpus modo per se et anima intellectiva modo praecontinens. Sed tamen non oportet quod sicut corpus modo quod sit secundum partem et partem suam modo in aliquo uno aliud et aliud, quod sic modo anima secundum partem et partem sui, quia talis modus repugnat animae cum non habeat partem et partem. Eodem modo est in proposito: non sequitur si circumscriptive sit hostia in loco et per se quod corpus Christi circumscriptive et praecontinens sit in loco, quia talis modus existendi repugnat corpori Christi sub sacramento. Ad 3. dicendum quod si intelligatur quod quantitas formaliter sit extensio sicut potest formaliter de se, tunc esset impossibile quod deus faceret quod esset ibi per modum extensum et extensive faceret partem extra partem, sicut impossibile est quod faciat aliquid sphaericum sine grossitie. Si autem intelligatur formaliter, sic dico quod ipsa non causaliter apta nata est facere suppositum per essentiam suam formaliter et non per aliquam essentiam additam facere suppositum, et primum sic habet veritatem. Nam ipsa quantitas formaliter est extensio et extendit per se ipsam, et sic dico non est inconveniens. Nam sic video quod non obstante quod quantum per se ipsam formaliter faciat suppositum, tamen potest deus facere quod maneat non faciendo propriam suppositum. Sic potest facere quod maneat in sacramento non quantitas sine tali modo extensivo non obstante quod se ipsa extendat formaliter. [margin: et non per alia naturam aliena]
Aliter potest dici et melius: require in tractatu Egidii propositione 8.
Ad confirmationem vero dicitur sic primo secundum Boethium in primo arithmeticae suae: numerus est simplicior quam quantitas continua et tamen potest; igitur non est argumentum sive de non posse ex hoc est ad simpliciora, igitur nec ad compositionem. Aliter dicitur et melius quod ipsa actualitas quantitatis quae est mensura est ab extra, proprietas vero numeri quae est paritas vel imparitas est ab intra. Modo igitur non valet: deus non potest facere rem sine proprietate intrinseca, igitur non potest facere rem sine proprietate extrinseca sine suo respiciente ad extra. Exemplum de potest facere quod albedo non disgregetur et tamen non potest facere quod albedo sit in subiecto et quod non albificetur.

[margin: Q°. 14.]
Utrum corpus Christi sit totum in toto et totum in qualibet parte hostiae. Quod non, quia superficies hostiae ut patet potest dividi in partes infinitas. Si igitur esset totum in qualibet parte, tunc idem esset totum in parte

vel infinities, quod videtur impossibile quod idem sit alicubi infinities. Item sic sequeretur inordinatio et confusio partium, ut puta ubi esset manus ibi esset oculus, quod videtur absurdum et inconveniens. Item subtilitas animae proportionaliter excedit subtilitatem corporis, sed non est sic quod non obstante maiori subtilitate talis ipsius animae est coarctatio in parvum quod non potest esse in corpore minori. Igitur multo fortius hoc erit ex parte corporis, quod erit dare aliquam superficiem determinatam in parvam quod non poterit esse in minori, et sic hoc non poterit esse in qualibet parte totum. [margin: +] Item si totum esset in toto et totum in qualibet parte hostiae, tunc pars sequeretur totum et tamen contineret pars quam totum. Sed hoc est contra communem conceptionem. Contrarium dicit de sanctis [?] ... 1. parte 8. c. xi. [margin: hug.]
Item substantia panis est totum homogeneum. Igitur ex ratione sui non habet quod magis convertatur in unum membrum secundum unam partem sui et secundum aliam partem convertatur in aliud, sed secundum quamlibet partem sui convertitur in totum corpus Christi. Et per hoc totum corpus Christi est sit in sacramento hic per conversionem substantiae panis in ipsum, sequitur quod esset totum in toto et totum in qualibet parte. Item sed dicitur ab aliquibus quod manente hostia integra tunc totus Christus esset in tota hostia sed non est totus in qualibet parte hostiae. Exemplum ponitur de speculo integro, quod quando speculum integrum est non resultat nisi una facies in toto speculo, et si frangatur apparebit una facies ex una parte speculi et alia facies in alia parte eiusdem speculi, si speculum uni faciei soli obiciatur. Contra istam opinionem tractatur propositione Egidii cum impugnatione exempli quod non est simile. Item contra hoc est apertum, dicitur 2. in c. 3. quod sicut in aperto confringatur et in sepulchro. De consecratione, Berengarius. Item propterea corpus non est in sacramento nisi per consecrationem et prolationem verborum. Et igitur fracta hostia non sit de novo consecratio nec verborum prolatio, sequitur quod non esset totus Christus si prius non fuit ibi totus. Item animae est tota in tota hostia et in qualibet parte ante divisionem, et si sic habet propositionem ante partes corporis et partes hostiae, quod non potest dici quia tunc circumscriptive esset in hostia contra veritatem in 4a quaestione. Item substantia panis secundum totalitatem suam substantialem est tota in tota superficie et tota in qualibet parte, sed cum substantia corporis Christi sit hic per conversionem substantiae panis in ipsam, sequitur eodem modo quod corpus Christi est totum in toto et totum in qualibet parte ante fractionem. Ideo dicitur quartus ad quaestionem distinguendo de duplici totalitate scilicet quantitativa et essentiali; require de hoc in 10 propositione Egidii. Ubi sic distinguit et probat per tres rationes quod secundum utramque totalitatem sit totum in tota hostia et totum in qualibet parte. Prima per comparando substantiam corporis ad panis substantiam quae in ipsam convertitur. Tertia per quantitatem corporis comparatur ad quantitatem hostiae, et per quantitatem unius partis ad quantitatem alterius partis. [margin: 2a per quantitas corporis comparatur ad speciem eius in qua radicatur]
Item quod albedo sicut albedo in libro [?] dicitur totalitas scilicet quantitativa et essentialis. Totalitas dimensiva est quae comparatur secundum quod extendit ad extensionem superficiei, ita quod albedo secundum hanc totalitatem est tota in tota superficie et pars in parte, et secundum sic superficies alba. Totalitas essentialis vel diffinitiva quae non extenditur secundum extensionem superficiei, et probatur non secundum sic superficies non sic est tota in toto quod pars in parte. Sed est tota in tota superficie et tota in qualibet parte; probatur: data una parte superficiei a superficie albi, ista pars data est alba; cum igitur non sit alba sine albedine nec sit albedo non habeat ea quae pertinent ad albedinem, [margin: ad rationem] sicut nec est homo non aggregatum quod sit de ratione hominis, sequitur quod est in omni parte superficiei albedo tota loquendo de totalitate diffinitiva et essentiali, et sic loquendo est tota in omni parte, quia quaelibet pars de se est alba. Sic etiam est in accidentibus sic suo modo in substantiis corporalibus. Nam lapis secundum suam quantitatem dimensivam sic est in loco est totus in toto loco et pars in parte. Si autem quaelibet pars lapidis est lapis [margin: loca] et in qualibet parte reservatur tota ratio lapidis quae in concurrunt omnia quae requiruntur sive pertinent ad diffinitionem sive rationem lapidis, erit tota substantia lapidis in toto lapide et tota in qualibet parte, et hoc dico secundum diffinitivam rationem lapidis et totalitatem essentialem. Huius visis patet quod addendum est de

[illegible]

[illegible]



[illegible]

[illegible]

afir p ex. si dicez alic sic. h e bonu ubu dum time. li hec
termiat h q e dum time. qr tn ultio pferet q cuz li hec
p pferuc. sic dnt i ppo q li hec termiat cor x q cucaz
li cor ultio pferuc. qr ppo n ht vitate n i fine pronis.
n obtce q una dicto am a pferuc. [illegible]

[illegible]



[illegible]

[illegible]

[illegible]



[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]



[illegible]

n.

ex parte sui fuerit quod non obstante quod forma vini perexistat de novo potest reiterari mediante nutritione in nutrito. Deinde si per generationem ista accidentia possunt iterari et ex illa potest generari ad animatum, eadem ratione et mixto forma posset ex illo fieri ad corpus inanimatum, quod quidem non potest accidere nutrimentum, et tunc sequitur quod si forma substantialis fiat in mente in illis dimensionibus quod forma sic stabit dum durabit tale compositum. Sed non in substantiali cum non possit dici quod accidat hic commixtio per nutrimentum. Sic potest dici quod non generatur ad animatum post vinum. Sed hoc videtur magnum inconveniens quod semper forma stet sine materia.

Op. 3. Et ideo est alia opinio quae dicit quod ex talibus speciebus potest generari substantia quia talia accidentia retinent totam virtutem substantiae, ideo ex eis potest generari substantia. Contra hoc videtur sic. Sicut non est accidens quod habet modum substantiae, sic est dare substantiam quae habet modum accidentis; sed ex substantia quae habet modum accidentis, cum non in se assumpta, non potest generari accidens; ergo nec ab accidente habente modum substantiae potest generari substantia. Et arguitur contra istam opinionem sic. Fuit argutum contra primam opinionem per quartam artem; iudicio tamen meo in nullo differt ista opinio a secunda opinione, quia ad primum modum ponendi generationem licet dicat quod ad hoc quod primo ponit totum unum compositum quantum ad materiam et formam de novo generatum, secunda autem ponit formam generatam in dimensionibus.

Op. Egidii. Alia est opinio quae dicit quod redit materia sua novo miraculo, immo certum miraculum si materia non rediret. Ad hoc ponitur exemplum de anima intellectiva quae non obstante quod sit per generationem, dicitur tamen non fieri nisi includi ipsi corpori sine miraculo, quare de hoc in diligentia in Egidii compositione. Contra hoc sic arguitur, ideo potest dici quod anima intellectiva includatur nisi quia fit dispositio aliqua naturalis ad ipsam; sed ex parte ista non est sic, non enim est aliqua dispositio naturalis ad materiam, cum sit fundamentum indispositum. Item cum accidentia panis non habeant maiorem inclinationem ad substantiam panis quam ista accidentia introducta de novo habent ad materiam, immo forte habent maiorem, ut tunc quod posset dici eadem ratione quod substantia panis rediret in sui aliquo miraculo, quod nullus dicit.

